

I. N. J.

DISSERTATIO PHARMACEUTICO-
THERAPEUTICA
DE

NATURA TINCTU-
RÆ BEZOARDICÆ
D. JOHANNIS MICHAELIS

Cum,

Appendice collectaneâ

Ob naturam symbolicam & homogeneam,,
De


MISTURA SIMPLICI,

His præfixæ sunt Epistolæ honorariae nonnullo-
rum Veteranorum Medicorum,,

OPERA ET STUDIO THEMATICO

GODOFREDI SCHULTZII, Med. D.
& Practici in Patriâ Lutheri.

Symbol. Ama contemni.



HALL. SAXON.

Sumptibus SIMON. JOH. HUBNERI.
Literis Christiani Michaëlis, Anno 1678.

З М А
СОЛНЦАМ ВРАГИ СВЯЩЕННОГО
ПОДЪИМУЮТ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ

Абсолюте величие
Особенное величие в подобном

СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ
СИГИЛАЯТИИ



МАКСИМ
МАКСИМ
МАКСИМ
МАКСИМ

DEO PATRI, FI-
LIO, SPIRITU
SANCTO,
TER OPTIMO, TER MA-
XIMO,
DEO TRINUNI
& UNITRINO,

Benedicto In secula.

Hoc qvaliscunq; Talenti Lucellum,
sacrum esto.

In Laudis & Gloriæ

sacrificium

Gratæve mentis

Libamentum

Hoc,

O Indulgentissime D E U S ,
benignus accipe

Famulo Tuo æternô humiliqve
Cultu Tibi devoto

G. S.

EXCEL-



EXCELENTISSIMI

W E D E L I I

Med. D. & Profess. Jen. celeberrimi Epis-
tola ad me missa 30. Novembris. 1676.

P. P.

Responsum ad gratis-
mas Tuas, VIR Excell. sta-
tim dedisse, nisi Proposi-
tum hoc meum negotiis
variis interpolatum, nunc
demum integrum fuisset ex parte exe-
qui. Magnificatio Affectum tuum, eundem
que ut firmum mihi serves, maximoperè
rogo; Vicissim Ego nullam intermittam
occasione, quā ullō modō inservire Tibi
potero. Dn. U. nostrum ē flore studiorum
suorum pronuper emigrantem doleo,
postquam Eum non ab ore tuo, ut credi-
deram, pendere percepi, nihilominus spe-
ro, illum strenue quoque domi inceptam
prosequi viam. *Propositus Tibi Labor non*
poteſt non Publico obtingere utilissimus, siqvi-
dem inter Universalia non infimum te-
nent locum Bezoardica & inter hæc ipsa

A

Tinctu-

Tinctura bezoardica D. Michaëlis, toto literario vel medico saltem deprædicata orbe. Jubes quidem me noctuas Athenas ferre, dum quid circa ejus Processum Usu[m]que moneri posse statuam, amicè à me exposcis. Ne tamen plane silere videar, profiteor in genere *Tincturas bezoardicas* remedium esse maximè polychrestum, ad quamplurimos Morbos ex eodem quasi fonte oriundos, Febres imprimis malignas, Pleurides, Dysenterias &c. nobilissimum. Confieri autem possunt Eadem duplii potissimum modo, vel simplici mixtione, qualis est Mixtura simplex quamvis ratione tincta, cum vel sine camphorâ, vel Extractione perfectâ ex speciebus bezoardicis, vel qui modus medius est, ex duobus hisce mixtus. Ad primam illam classem omnino pertinet Tinctura bezoardica Michaëlis, nisi quod concentratas magis habet vires, adeoq; non tam diffusa eget dosi, unde cum Mixturâ simplici absolute coincidere rectè quidem negatur, abludere tamen à Processu consimili, frustra videretur asseri: Ego & hâc & alterâ magis specie familiariter utor Tincturâ essentialiter bezoardicâ, cuius vires satis deprædicare non possum. Usus verò prioris potissimum proficu⁹ mihi vi-
fus

sus est in Principio maximè, ubi Volatilia magis convenient, ubi Camphorata non æqvè ingrata sunt, unde è contrariô facile patet, qvatum egeat cautionis in statu Febrium, in continuatione protractâ, in rarioris Texturæ sangvine, & capite debili. In hòc verò maximè sèpe errant Medici, qvi continuò hujus Usu rarefactionem sangvinis intendunt, qvi inter fixa & volatilia distingvere negligunt, nec tam refrænant sangvinem & serum quām extimulant. Unde non rarò Vigilæ, deliria, caloris exacerbatio cum reliquis accidentibus. Hæc summatim qvæsi de Uso hujus Tincturæ sufficient, qvæ ipsa procul dubio jam latius omnia exposueris. Junxi his Theorematum medicorum Exemplar unum, & alias duas, qvæ ad manū erant, Disputationes. Nunc sub prelum missa qvoqve est Pharmacia in Artis formam redacta, qvam qvidem voco eō nomine, qvod singula circa operationes hujus occurrentia certis comprehendat Regulis. Quid si ulteriùs vel qvoad Propositui Progressum, vel in aliis Rebus, qvæ maximè ad Honorem tuum promovendum facient, inservire.

A 2

pote-

potero, promtum me & candidum habebis. Videris in illo æmulari Claudi Deodati studium, qui *Aqvam cordialem Herculis Saxonie* peculiari libellô exposuit, seque unâ cum Auctore vel hōc ipsō in Posterioritatis memoriam vindicavit. Servet Te Deus. Dab. raptim Jenæ è Museo

*Nobilissimi T. Nominis
Cultor devotus*

G. W. Wedelius.

Excellentiss. WEDELIO

Sal. & Off.

P. P. **A**ccepi literas tuas, nuper ad me missas &c. Cæterū, qvæ de Tincturâ bezoardicâ doctè & candidè monuisti, perplacent mihi. In nonnullis verò Menterem tuam affeqvi neqveo. Verba, qvæ dubiorum plena sunt, in nuperis literis Tuis sic habent.

Confieri possunt Tincturæ dupli modo, *vel simplici Mixtione* &c. vide supra usqve: concentratas magis habet vires.

Hic sphalma dubio procul literarium, commisit calamus ob festinationem &

pro

pro Mixtione Destillationem, voluit chartæ inarare. Destillatio enim & Extractio, qvo ad actus pharmaceuticos, sibi in vicem opponuntur melius, quam Mixtio & Extractio. Deinde Mistura simplex fit destillatione, & post demum Mixtione spirituum. Tinctura vero bezoardica Extractione & Mixtione spirituum, & sic utraqve Mistionem participat, non vero Destillationem. Si autem species Theriacales primū destillantur, & novæ species hōc Menstruō destillatō, & viribus Theriacalibus jam imbutō, denuō extrahuntur, & miscentur spiritu vitrioli & Tartari, tunc habetur medius modus Præparationis Tincturæ bezoardicæ, qui constat ex destillatione, extractione & Mixtione Miscendorum reliqvorum, & hōc modō Tinctura bezoardica esset intense, &, phrasī tuā, essentialiter bezoardica. Ad hæc non video, qvomodo Tinctura bezoardica ad 1. speciem Præparationis pertinere possit, sive Mistio intelligatur, sive destillatio; qvocunqve enim modō præparetur, miscenda est. Accedit, qvod Tinctura bezoardica Mich. præparetur etiam vulgo nulla prævia destillatione specierum, sed

A. 3.

statim

statim Extractione, vel per simplicem spiritū vini aliquō modo rectificatum, vel per spiritum sambuci, bacc. Junip. per ferm. paratum. Itaque Tinctura bezoardica non ad 1. speciem, sed ad 2. scilicet ad Extractionem refertur. Verum ut dixi, aliarum fortean Rerum cogitationes animum Tuum subierunt, cum hæc scribes in eâ Negotiorum Tuorum Multitudine. Monere tamen id ipsum volui, cum Literas opellæ præfigere Honoris & Testimonii gratia constituerim, si prius intimorem earum sensum impetraverim. &c. &c.

*T. Prisco verbo ταντὶς σύθει καὶ
ταντὶς γόμφῳ*

Godofredus Schultzius, D.

Responso ad hæc dubia.

P. P. Gratissimæ Tuæ redditæ mihi sunt, cum in Gothanâ aula degrem &c. Qvod Tuum attinet dubium circa Tincturarum bezoardicarum notionem, ex Nuperis meis natum, studiò sanè scripsi, illas fieri vel simplici Mixtione, vel Extractione perfectâ. Cum ergo de posteriori inter

inter Nos conveniat, dari Tincturas bezoardicas, qvæ affuso speciebus commodo Menstruo propriè extrahuntur, hacq; suâ hinc Tinctura gaudent, facile constare puto, hodiernò qvidem more alteram harum classem illam esse, qvæ non tam suâ gaudet genuina & domestica virtute, per extractionem parata, qvam in rei veritate sola Mistione, induet à aliunde Tinctura, qvæ cæteroquin nil planè de viribus confert, v. g. Ponamus Mixturam simplicem (qvæ proculdubio, sive destillationem præviā consideres, siye non, Mixturae titulo recte venit; neqve enim nisi confusione vel Mistione trium certorum spirituum confit) tinctam santalina Tinctura, venditari pro Tinctura bezoardica, qvæstio inde exoritur, sitne hæc Tinctura ex ipsis speciebus bezoardicis extracta, an sola sua Mistione conflata, & qvoad corporaturam suam, ceu veste palliativa Tincta. Prius sane affirmari neqvit, nisi dicere velimus, potiorem cum colore hoc virtutem deberi santalo r. id qvod vix ullus affirmaverit. Nihilominus tamen Virtus bezoardica & hoc modō, si curiose procedatur, ei-

A 4 dem

dem rectè tribuitur , suo quidem modu-
lo &c.

N.T.N.

par. Cult.

G. W. Wedelius D.PP.

In.
Epistola
EXCELLENTISSIMI VIRI
D. ECCARDI LEICHNERI
Medici, Philosophi, & Didactici
eximii
ad me missā
seqventia extant :

P.P. **D**E Tinctura illa constat, mere' inter-
polatum esse Diaphoreticum
Paracelsi in Peracutis , qvod vulgo Mistura
simplex audit, & interpolatum quidem,
qvod ego sciam, Dn. D. Michaëlis Aucto-
re, cuius etiam parandi Modus pra' alis mibi ar-
ridet. Eandem porrò uti meritis suis laudibus
haud deditnor, ita vulgo in officinis vendi fave-
tam haud magnifico ; & pluris saepe Ipsam
illam Misturam simplicem, propriâ tamen
qvod manu confectam, ut qvæ ab ultero-
ri etiam usu in chronicis qvibusdam Morbis
apprimè se commendat. Verbo , utrobiq;
res

res pendet à dexteriore Ingredientium,
utpote spir. Theriac. Tartari & vitriol. præ-
paratione. Addo qvod in Malignis etiam
plus tribuam fere Bezoardicis miner. cū
tē diaph. & admisto tantillo camphoræ
propter datam ibi ebullitionem, spirituo-
sis concedere nesciam.

In alia hæc :

CIrca Ichnographiam Dissertationis
Tuæ de Tincturâ bezoardica id unum
fortassis quis monuerit &c. Animi cau-
sa circa Methodum levicula qvædam
adjicio, utpote 1. haud injuria negari for-
tean, esse vel verè dici Tincturam bezoar-
dicam, cùm qvidem Medicamentum be-
zoardicum sit, sed non ejus nominis Tin-
ctura: qvia Tinctura est ab extraneo, non
bezoardico 2. Causa Efficiens qvare præ-
cisè habeatur Auctor primus, exclusa ar-
tifice, qui conficit, destillat, miscet? 3. Ma-
teriam & Formam cōfundi, videtur enim
omnino Modus ac Processus conficiendī
ad Formam potius, qvām Materiam spe-
ctare. Internam Formam consistere in
Naturâ ingredientium & compositionis
Indole, colorem, consistentiam esse acci-
dentialia superficiaria &c. Ceterū laborem,

A 5

censeo

*censo in Praxi studiose in primis Juventuti &
Incautioribus aliis perutilem.*

Responsio.

Ad i. Tinctura dicitur, non qvia bezoardica est, sed qvia consistentiam habet Tincturæ, qvō respectu opponitur Extracto & Essentiæ. Tinctura dicitur à Formâ externa fluida, bezoardica ab interna Materia ex qva, Fine, & usu. Deinde omnino Ingredientium (qvæ bezoardicô Titulô gaudent, ob vires Badzahar orientali analogas, si non superiores) colore, tingitur nativô & domesticô Liqvor noster bezoardicus. Negari enim neqvit, Tincturam bezoardicam etiam ante extraneam colorationem cum papav. rh. sant. r. &c. suum obtainere colorem, qvem Ingredientia Menstruo suppeditant, & cum colore vires suas. Duplex itaqve color est Tincturæ bezoardicæ: 1. nativus ab Ingredientibus bezoardicis seu bezoardico-aerulis. 2. extraneus, ab extraneo; ut santalo r. papav. rh. &c. Hinc nonnulli medici nativo suo colori eandem relinquent, nec papavere, nec santalô tingunt: Natus color obumbratur, extraneo, in se verò non tollitur, qvando

Tinctu-

Tinctura per extractionem parata fuit.

Ad 2. Neque hoc ego dixi vel scripsi. Titulus & caput 2. habet: de Auctore & Æmulis. Per hos intelliguntur omnes, qui in Tincturæ bezoardicæ confectione, variatione &c. occupati fuerint, aut adhuc occupantur, sive sint Medici, sive Pharmacopæi, quernadnodum etiam ipsa Exegetis cap. 2. Id ipsum paulò latius deducit. Verbo: Causa Efficientis hic includit Principalem, & minus principalem, ministerialem, solitariam, sociam, & sic porro.

Ad 3. Materia & Forma scil. interna & externa ipsius nempe Medicamenti nostri compositi (de hac enim sermo est) non confunditur. Materia enim ex quâ, seu Numerus Ingredientium, quô modô in confectione Tincturæ se invicem excipere, & per Extractionem, Mitionem & colorationem tractari debeant. cap. 3. ὁ Φυλακτός per aliquot Processus proponitur. Modus vero hic, qui secundum Prius & posterius circa elaborationem Tincturæ observari debet, non ad Formam, sed ad Efficientem, & Necesitatem Materiæ spectat, & ab hac in Cap. III. separari

rari non potest. Forma verò Interna, seu Natura Tinctoræ propriè sic dicta, cum qvālitatibus primis, secundis & occultis cap. IV. inculcatur. Et sic nulla, sit confusio Materiæ (ex qvā) Formæ (Internæ & externæ) & Proprietatum, si modò singula ad ipsam Tinctoram restringuntur. Processus alicujus Compositi propriè ad Efficientem, & Materiam spectat, non ad Formam; Nisi Formam & Formale intelligas modum operandi per antecedentium, concomitantium & conseqventium nexum. Hujusmodi tamen Formale etiam ad Cap. 3. de Materia reducitur; Impossibile enim est, qvin simul modus agendi secundum prius & posterius determinetur, qvando Ingredientia ordine recitantur; ut patebit caput III. Dissertationis nostræ legenti.



EPISTO-

EPISTOLA

EXCELL. HENRICI WOLFFII

Medici aulici & Physici Ordinarii Halberst. p.m. inter alia hęc habet:

P.P. **A**ß mein H. H. mich mit seinem Schreiben gewürdiget / solches erkenne für eine sonderbare Gewogenheit und Freundschaft/ wünschend / daß mit demselben mündlich möchte reden / und in bessere Freundschaft kommen. Zu edirung des Tractats de Tincturā bezoardica, wünsche Glück ; Es ist diesem herrlichen Medicament eben das/ was dem Balsamo ♀, begegnet / in dem es hier und da ab Agyrtis & Mulierculis verfälscht herum getragen wird / dadurch solche Träger nur ihre Nahrung suchen / und unter solchen hohen Namen Leute zubetriejen trachten. Die Formul meiner bezoar Tinctur , so ich bisher in usu gehabt / übersende meinem H. H. hiebey/ denn ich damit in Praxi durch Gottes Hülfe viel aufgerichtet / sonderlich in Morbi Principio, und nachdem die subjecta gewesen/ mit den Herz - Wassern gegeben/ und wircket die Unterste/so mit dem ♂ viperarum vermischet/ geschwinder/wie die andern. Sende auch den Bericht de &c.

Halberst. den 16. Nov. 1676.

Praefatio

Præfatio ad Lectorem.

Sisto Tibi Lector evanesces, Tincturam bezozardicam insignis illius Practici & Chemici D. Job. Michaelis vnu à anno 1588, cum auctore suo in plurimis Germania locis multorum applausu inclytam. Causas mi Lecto, quæ me impulerunt, ut ex variis meis Curis medicis presentem Fætum ingenii & Laboris continui primum omnium in lucem & censuram publicam exire paterer, ipse conjectare potes. Etenim communem omnium Doctorum & scriptorum finem seu scopum forsitan nōsti, qui est aut saltem esse debet; inservire sibi & proximo post DEI unius & Trini gloriam. Divini Numinis bonor suprema lex est omnis Horistica medica, quæ hoc ferè singulare, & sibi proprium præ alius sovet scripturis, extra Scripturam illam, quæ Principium Fidei & vite nostræ autoritas est, ut Numinis cœlestis omnipotentiam, sapientiam, & gratiam cum Glorio perpetua serie in singulis Medicina Partibus & Energematis non rudi pietatis penicillo una depingat. Testis erit omnis, qui in medicis sacris vel sacer est Anagnostes, vel Acrosti & Horistica Asclepiadee aures benevolas manusve accommodat, vel deniq; ipsis oculis iatrica;

trica Eleusinia in Igne lustrat. Huic divinæ Glo-
 riae, qvi Gloriola, Jactantia & Ostentationis.
 propria & particulam ex prooresi subdit & infar
 Numinis colicupit, nondum tñ vñdij dñe & or-
 autò probiter imbutus est. Nobis verò ipsi in-
 servimus scribentes, & scriptarientes, dum
 benè (modo etiam quocunq;) agendo, male age-
 re dedicimus, i.e.g. Lazarus, Otiantum indivi-
 duus comes, nos otiosos offendit, & sub otiani
 libidine tetricis peccandi stimulis ad varia flagi-
 tia facienda impellit; Otiose cogitationes &
 multa malorum incitamenta non sunt nobis de-
 linquendi incitamento, quando in Re Utili cala-
 mo perficiendà etatem nostram, Ingenium, oti-
 um & bonas horas consumimus. Ad hoc crescit
 sapientia & virtus scribendo, & Testimoni-
 um rei benè gestæ, non amoris sui, sed modestia
 & veritatis stimulo percita à Viris doctis expe-
 ñat. Etenim Vir modestus virtutis laude non
 supercilia erigit, sed deprimit, & modestiorem,
 quamvis alacriorem, se gerit in virtutis, labo-
 ris, & stationis sue studio; quemadmodum con-
 trà, & malignè sentientium Crist, & hypocriti,
 cui se hodie tantum non omnes in orbe Christiano
 pervulgant, non frangitur, sed D E O com-
 mendat Momum απόστευον, donec ad sanctio-
 rem, saniorem & sapientiorem mentem, ac
 melio-

meliorem frugem redeat per DEI nutum seu
 Patris cœlestis Tractum. Intellectus humanus, si
 ullâ operatione mentis, certè Heristica accuratâ
 & methodicâ proficit. Ad Artificium Doctrinæ
 pertinet docta Scriptura, quæ elicit, monstrat &
 roborat legendi, judicandi & colligendi ordinem ac dœvam; & quæ non secundâ quasi
 matrice promit & parit utilitates genuina &
 ordinata, nou confusane scriptio? Emolumen-
 to non minori Proximo quoq; est docta pro virili
 & utilis Heristica; Quia communicat Ipsi la-
 borem bonò animo susceptum, participem facit
 peregrinum propria epicriseos, dispersas ubiq;
 bonorum Auctorum sententias haud citra Judi-
 cium colligit, & in simplicem quasi obtutum
 cogit, ansam suppeditat ulterius judicandi, ut
 de suo etiam aliquid addat Lector, quod ante
 Eum observavit nemo, & facit, ut plena appli-
 cationis mensurâ communicatus labor Proxi-
 mo denuò effundatur. Quæ omnia, quæ plura
 esse possint, si plura velim, vides, mi Lector, quod
 collineant, ut meâ hypothesi post hanc Thesis
 Tibi ferè non sit opus. Tincture hujus Bezoardi-
 ca Nomen, Iesus & quid non aliquo modo ubivis
 ferè innotuerunt. Genuina tamen ipsius Formula
 in Multorum, Juniorum in primis Practico-
 rum, fuit desiderio, quæ non Formula solum,
 sed

sed & plenus & ordinarius Tincture & hujus Conceptus multos sollicitos tenuit, quia polychresta est, & nobilissimum medicamentum, quod non carere debet aut potest etiam contractissima officina aut Medici aut Pharmacopei pharmaceutica. Varie Processus variationes, cœlum, Terra & ignem aquæ miscentes, Inutiles, superflue, absurdæ, nimis curiose aut preciosæ, penes multos fuerunt in usu, aut hujus anomie pharmaceuticæ ignari plurimi ex aliorum communicatione possederunt adulteratam ex proæfesiæ sapientiæ, aut variò modo corruptam, satis tamen ingentiæ preciō venientem, ut & ob hanc causam apud quamplurimos non debitus panchresto huic remedio bonos amplius constiterit. Varia pertulit Variorum Judicia hæc Tinctura bezoardica, sinistra satis, & præcipiti animo & calamō sapientiæ eructata, cui Judiciorum præcipitio optima quoque, cum Auctoribus & Viris optimis, integra vita & electoribus omni tempore exposita fuerunt. In plurimis Morbis neglectus Ipsius usus, quibus labenti Natura præsidium ferre potuisset, in aliis adhibita fuit, ubi & quod tempore adhibenda non erat. Ut itaq; bis par aptomatis & desideriis obviam ex aliquâ parte irem, tentavi cum D E O meo presentem æneū egyptiacas egyptiacas Thematicam, quâ totum

¶

hujus

hujus Tinctura corpus exenteravi, & ad ubi-
 riorem ejus culturā & Locos Communes qvass,
 ac observationes vel factas vel fientes colligen-
 das, si placuerit, viam ostendi. Id mibi Initio
 propositum non erat, Pharmaceuticam Materi-
 am primū in orbem medicum producere;
 Alia enim, & qvæ altioris sunt Indaginis, luci
 publicæ donare decreveram; stetit enim senten-
 tia O R D I N E Pensum scriptionis medicæ
 perseqvi, & post universalem, systemati-
 cam plenamqve sic Præcognitorum &
 Cognoscendorum Medicinæ adumbrationem,
 ubiqꝫ Faculà Didacticæ acroamaticæ
 prelucente, ad particularia demum Ther-
 mata, in qvâcunqve Parte Medicinæ li-
 buerit, descendere, & sic Judicii, Ingenii &
 Laboris vires, primū in Universalibus &
 Generalioribus, post in Particularibus &
 specialioribus piò, navò & industriò conatu-
 cum DEO experiri & cum vite Termino fini-
 re. Videbam enim Methodum acroamati-
 cam studii medici nobis adhuc decesse, Qvæ
 post Naturam Medicinæ alterum est Præcogni-
 tum in scibili medico, qvæ Methodus systemati-
 cam omnium Partium Medicina sciagraphiam
 in apodicticâ connexione & Dispositione omni-
 um Capitum Cujusvis Partis representaret.
 Qvæ

Quae primas Regulas offerret, monstrantes viam regiam circa ambages ad Noncū & ywāsōv medicum universum. Quae qvoꝝ mysteria Collegiorum medicorum & omnis generis consilia adaperiret, Incipienti & pergenti in studio Medico decurrente maxime necessaria, ut firmo & non Vacillante gressu ad Principia medica in omnibus Medicina abstracta Partibus Integribus cognoscenda properare & finem suum theoreticum & practicum citius aseqꝫ possit. Videbam, Systema Medicinæ desiderari, in qvō Totum Scibile medicum secundum omnes Partes & Capita cultro Methodi acroamaticæ divisum Unicō illo ordine analyticō dispositum esset, ut singulae Partes Medicina recte collocarentur ordine & loco, Partium verò singula summa Capita perfecta, non mutila & manca serie se invicem exciperent, ut ita Compages Scibilis Medici seu Σωματοτύπος medica systematico-thematica omnibus numeris absoluta esset. Videbam porrò, Modum tractandi Capita medica seu Materias & Themata medica in singulis Partibus adeo sæpè difformem esse, ut multa exinde absurdæ, Methodi arbitrarie, & superflua alia quamplurima pullulent, Thesis & antithesis non plenè & ordine tractetur, aut sibi opponatur, ubi non

B 2

oppo-

opponenda erat, Principia Veterum & Recen-
 torum non benè subordinantur, & ita omne
 damnum in pubem Medicam & tandem in
 Praxin redundet, Lectoribus verò confusionem
 & difficultatem pariat; Proinde è re Discenti-
 um & Aliorum fore, si Methodus genuina aperi-
 riatur, aut saltem suppleatur, quā omnia con-
 venirent & conspirarent amicē, quā in univer-
 so Circo medico contincantur. His & aliis ut
 mederer pro eorum mensurā donorum, qvā
 DE US concredidit suo inutili servo post pias
 seriasq; preces & Laborem perpetuum totq; vigi-
 latus noctes, circa Scibile medicum in merā
 Abstraktione versari, & cum orbe eruditio
 Laborem meum communicare decreveram,
 probè sciens, quantum Universalium & Ge-
 neralium plenè & verè apprehensorum.
 Cognitio in aliquo Scibili postea inserviat
 particulari Applicationi; Licet Hac Talia
 puriputi Medici Practici & quasi Empirici pro
 inanibus habeant speculationibus ad Praxin
 feliciorem & doximur ergo minūs aptis, qvi ta-
 men, nō intelligendo faciunt, ut nihil intelli-
 gent. Propterea ejusmodi ferè multa Ener-
 gemata medica didactico-acroamatica in
 chartam conjeci, qvæ paulūm revisa in lucem
 publicam modesto calamō exire posuissent. Fa-
 tū

ta tamen mea noluerunt primum laborem pri-
mum omnium in oculis hominum versari; sed
fætum hunc quasi abortivum maturioribus In-
genii Fæturus præmiserunt, ut doctorum Viro-
rum suffragia colligeret, an arripiendus porrò,
an verò ponendus sit Industrius & feriari ne-
scius calamus? Proinde prodeat nunc temporis
numero in scenam Pharmaceuticam pharma-
ceuticum hoc jōvnuꝝ multâ pace Christianorum
Medicorum & cum multâ divini Nominis bene-
dictione; Et ut uberiori Methodi Thematica
scrutinio olim, abstractè cum D E O , enuclean-
de & divulganda præludam, Rationem Mo-
di nostri tractandi, quem observavi hōc in
Tractatulo, breviter edisseram.

Methodō & studiō thematicō dixi in
Titulo Thema nostrum Bezoardicum pertracta-
tum esse. Duplex enim est Methodus, Systema-
tica, quæ Facultatem & Disciplinam ordine
analyticō dispescit in Partium segmenta sua
essentia & Integralia, quæ dicuntur, Pars
Generalis & Specialis, Partes subordinate, &
ex Divisione primâ natâ; & Thematica, quæ
Capita summa singula illius Scibilis uniformi
ordine in Thesis & antithesi evolvit, estq; ferè
Parens ordinis Systematici, & in eandem cum
hoc recedit analysin causalem, de qua tamen hic

non amplius disqviremus. Hæc Methodus Thematica unica est norma, regula, helice & cynosura omnis accuratæ scriptio-
nis, dispositionis, lectionis, meditationis,
imitationis, probationis, omnis Judicii &
memoriæ, omnis Theseos, & antitheseos,
omnium denique operationum Intel-
lèctus. Hæc post r̄ An sit, quando de eō dubi-
tatur, vel dubiam s̄edem in Scibili involvit, Cu-
jusq; Rei Nomen, in qvō Res latet, In Etymolo-
gia, Synonymia, & Homonymia expendit, itemq;
Causas Intrinsecas & extrinsecas tanq;am,
Essentiale Constituens, & Proprietates Rei tan-
q;am Essentiale Conseq;ens, illa qvōq; non ne-
gligit, qvæ circumstant rem, Locum & Tempus,
qvæ cum Naturâ Rei pugnant, opposita, Pugnan-
tia seu Contraria, qvæ conformitatem habent
cum Re, Similia, seu Cognata, Comparata &
Homogenea; Testimonia qvōq; affert verbalia
& realia, cum Epidromo suo, Divisione, qvæ ex
ipsâ Naturâ Rei ejusq; Causis & Proprietatibus
fluit. Hæc Methodus Thematica plenum parit
de Re qvâvis Conceptum in Docente & Discen-
te. Hæc non carere possunt Theologi, Jcti, Me-
dici, Sophi κατ' ἐξοχὴν sic dicti, & qvicunq; de-
mum ad aliquam Classem Scibilis pertinent
Intelligentes, Sapientes, Sientes, aut Pruden-
tiales.

tes VIRI. Quicquid agis, ut Vir Doctus, secundum hanc Thematicam cynosuram agas oportet, etiam quando Ignarissimus es hujus regule, & interdum impugnas eam, eō ipso, dum impugnas Terminos hosce communes, receptos, probatos, in Rei Naturā fundatos, approbas, applicas, sensa animi Tui iis Ipsiis distingvis, & tamen impugnas? Hac Methodus communis est regula omni Facultati Superiori, & Inferiori, Principali & minus Principali, Vera & Veri simili, Liberali & Illiberali. Theologia per omnes Partes suas, ex primā Divisione i. e. Generali & Speciali ortas, ex Thematice suum deponit ordinem & modum Tractandi: In Parte Exegeticā omnes Dispositiones Capitum biblicorum in Versiculis suis connexis, quas adhuc Logicus & acutus Exegeta desiderat, sunt Thematicae, & verè acroamaticae, id est, genuine, non contortæ, inversæ, disjectæ, arbitrariae, sed sensu Spiritus S. conformes, probatissimum sensu literalis scrutinium & mystici ac allegorici promuncondum. Et qualis quæsio est Concionum Dispositio, Expositio, Amplificatio & Applicatio, quando Thematicam à rebus cum Pathemate in hac quadrigâ non respicis? que facit, ut gladius Spiritus cum prudentia didacticâ geratur, quæ non contra venit efficaciam,

Verbi DEI, quamvis efficax etiam sit sapius, si-
ne ulla Methodia, ut sic loqvar, methodicā,
Nam & Methodus DEI donum bonum est,
DEUS ipse nil nisi ordo est, & tot Oratoriæ Ec-
clesiastice, quamvis à regia Methodi via inter-
dum aberrent latius, modum docendi incul-
cant, quæ omnes abjicienda forent, si quis igna-
rus Methodi acroamaticæ & oratoriæ sacrae in-
omnem Methodum concionandi artificialē
fortè inveheretur. In Theologia Positiva seu
Theticā omnes Loci Theologici, qui promiscue
quoq; Articuli Fidei dicantur, si Thematicè, ple-
nissimā serie pertractantur. Thesis & antithesis,
omnia Dicta probantia, probationes & ra-
tiones singula juxta hoc Thematicum scrutini-
um expenduntur & ordinantur, ut Isagoge,
Synopsis, & Systema, singula tamen thematicā
emergant pro Insimis, mediis & Supremis Theo-
logia Consecraneis. Exempli seu Testimonii loco
esse potest D. Joh. Friderici Röniq; Theologia
Positiva, Magnifici D. Olearii Manuale Theolo-
gicum & alia Systemata Thetica, quorum Aucto-
res ordini singulorum articulorum fidei thema-
tico insisterent tentant: In Polemicā quantum
lucis fæneretur Controversiis singularum He-
resum ordine disponendis & tractandis Thema-
tica & Pharus, dici non potest, & viva ac in-
sensus

sensus externos incurrens Praxis dulcior est
 Verborum ac Preceptorum nudā Theoriā, oculi
 enim plus videt, hic & auris plus audit &
 manus plus efficit, quam Intellectus in antecese-
 sum capere potest. In Ethicā Theologicā,
 omnis Virtus, omne Vitium utriusq. Tabula
 juxta Methodum Thematicam, ineffabilē per-
 spicuitate, ordine, Facilitate adumbratur, &
 plenē traditur. Eadem ratio sit Theologia Eu-
 sebianæ, Paracleticæ & Casisticæ. Sed ma-
 num de hac tabula, ne notam Polypragmosynes
 penes rigidos rerum mearum Censores incur-
 ram. Quid autem queso polypragmosynes?
 Methodus, hujusve scrutator sedulus nunquam
 in Actu signato se continet, sed ad exerci-
 tum quoq. migrat. Enim verò lamentabilis est
 ordo & modus sciendi apodicticus, qui omne
 scibile in suam redigere Potestatem, omnibusq.
 Facultatibus & Disciplinis normam suam sy-
 stematico-thematicam prescribere nescit. Ut
 nonrunt illè omnes, qui sunt veri (Veterum vo-
 cabulo) πεπαιδευμένοι seu optimi Analytici, A-
 podictici, & Logici Practici, hoc est, qui non in
 sola Συλλογη συνοπίστει, senescunt, sed Praxi-
 totius Logicæ systematicæ urgent, discunt,
 docent, & studiis altioribus ac Realibus, qui in
 Omni Scibili applicant. Proinde impossibile est,

ut Apodicticus γνῶντας talis, seu Analyticus & Logicus Practicus in suâ Facultate vel Disciplina, qvoad quidem Ordinem & Modum sciendi, subsistere, in aliâ verò veluti νοόντων esse queat; sed Methodum suam apodicticam (ob uniformitatis & Majestate plenissima Universalitatis scrutinium) omnium Facultatum & Disciplinarum veluti Exemplis illustrat, & demonstrat, quam facile sit Universum scibile miti jugo Methodi subjicere. In Jurisprudentiâ quid Thema præstet, satis feliciter monstravit ΛΟΥΚΑΣ ΤΙΤΩΝ. Matthias Stephani Ictus in Dialecticâ Juris suâ laude digna, quâ de olim horis subsecivis ad tranquillanos Spiritus de stationis meæ labore fessos Judicium conscripsi ferè longum, at sincerum, ob uniformitatem Methodi Thematicæ in omni Scibili stabiliendam. In Medicinâ universâ secundum banc Normam singula singularum Partium Medicina Capita ordine in Thesi & antithesi pertractantur. Sanè in Præcognitis Medicinæ.

1. Tota Natura Medicinæ cum omnibus Sectis & Heresibus Thematicum hoc sustinet examen.

2. Omnis Methodus studii medici hoc fulcitur fundamento Thematico.

In,

In Cognoscendis verò, seu ipfis Medicinae
Partibus Integralibus & in specie.

1. In Hygiologiâ seu Hygüne vulgò di-
cta, qvæ tanquam Finis prima Pars est Syste-
matis Medici, sēc Res non naturales & earum
singula Thematicum poscunt ordinem.

2. In Physiologiâ & Anatomia singula-
rum Partium Corporis humani explicatur No-
men, Principia materialia, Textura, actio
insita, usus Partis, situs, connexio, & pu-
gnantia, Morbus scil. Symptoma, aberra-
tio Naturæ, Variæ Doctorum Virorum,
sententiæ de singulis hujus Resolutionis
& Tractationis segmentis, qvod contestan-
tur Libri Physiologici & anatomici, Inter quos
eminet Bartholini Anatomia reformata, &
Mæbii Physiologia. Quid verò hoc aliud est,
qvam secundum filum thematicum verè ariad-
naum progredi in Labyrintho Physiologico &
anatomico?

3. In Pathologiâ, Morbus omnis & omne
Symptoma non aliò modò, more hactenus tra-
ditò expenditur, qvam ut adducatur Nomen
in Etymologiâ, Synonymiâ, Homony-
miâ, Subiectum, qvod est Materia in qua,
causæ immediatæ & mediatæ, naturales,
non naturales, supernaturales, præterna-
turales,

turales, qvæ omnes sunt efficientes. Formale in differentiis sifstitur, quantum apprehendere potest cœcutiens Intellectus & suum, sapè magnificentius quam verius jaçtans stochasmum præviâ naturâ. Signa Diagnostica & prognostica sunt Proprietates & affectiones cuiusvis Morbi & symptomatis ratione Temporum Morbi. Oppositum est ipsa Therapia, qvæ Morbo ejusque causis urgentibusqve symptomatis contrariatur & singula tollere conatur. Hoc fundamento Thematico superstruitur Illustris alicujus VIRI Ordo & Methodus Medicinæ commentatoriae i.e. cu yere, ut vocat, qvæ nihil aliud monstrat quam Modum, Disputationem pathologicam Thematicè conscribendi, seu Morbum Symptomave quodvis juxta seriem partium Thematis ordine elaborandi; qvæ modus non in ipsâ Medicinâ monstrandus, nec Pars peculiaris Medicina ex eō constituenda est, qvæ spectat ad Logicam syntheticam, ubi in actu signato ordine expenditur omnis Scriptioonis & Syntheseos Regula & norma. Ad Logicā enim omnis pertinet sciendi modus, non ad superiorē Facultatem, qvæ rem ipsam ponderat; & methodum ex Logice repetit, ac rei seu Scibili suo, qvæ tali applicat.

4. Se-

4. Semiotica similiter huic ordinis scrutatio superstructa est.

5. In Pharmaceutica omnia Medicamenta simplicia & Composita, Chemica & Galenica, omnes Formulae & Formularum Clases, Syrupi, electuaria, olea &c, ad hanc librān Thematicam exiguntur, quā nil accuratius & ordinatius nihil excogitari potest. Omne enim Medicamentum tam simplex, quam Compositum in triplici Regno, nec non ipsa Materia medica ex illā trigā regnorū suum & quidem varium ac multiplex habet Nomen, suam originem & Principium, suas Partes materiales, ex quibus constat, suam Formam extrinsecam & intrinsecam seu principium operandi, Finem suum, cui DEUS & Natura illud ipsum destinavit, suas habet proprietates seu affectiones, & qualitates occultas, primas & secundas, Locum item natalem, Tempus seu Initium & medium vitæ; habet quoque, quō cum conveniat, ut & oppositum suum seu Contrarium, dum vel sentit hostem antipathia molestum vel interit, & emoritur; Eadem ratio est Plantarum omnium in Botanica.

6. Therapeutica, Ejusq; Principia firmissimō stant talō, si juxta hanc regulam Thematicam

ticam in omnibus Classibus auxiliorum inveniuntur, judicantur, colliguntur.

7. Chirurgica Pars Morbos suos, Instrumenta, & quicquid ad chirurgicum spectat fororum, hoc ordine ponit & exponit.

8. Diæteticum Regimen non respuit Regimen Thematicum in Medicinâ abstractâ seu Systemate medico.

9. Archelogia medica de Ratione & Experientia abstracte considerata & secundum omnes Medicinæ Partes diducta jucundò spectaculo Rationem & Experientiam medicam Thematicò indutam Habitus sifit, & si sit fortè, ac in amplissimum producit orbis Medici theatrum, quando animo alacriter publico inserviendi Fatorum ordo non repugnat; Quia Archelogia medica Norma est universæ Medicinæ, Principium Cognoscendi, Axiomatica prima, Protomathematica, Protomathia, Prime Conclusiones, & Cause omnium Medicorum, Dogmatum, Thematici quoq; hoc est majestatis, ut etiam Philosophiæ ejusve ample Territorio imperet. Nulla est Disciplina in hoc ambitu sophico, qvæ non suum hinc ordinem & translatandi uniformem modum poscat. Par ratio est reliquarum Facultatum; Organicæ, Mechanicæ, Historicæ, Poëticæ, quarum singule

gula cum suis summis Capitibus Thematico co-
thurno incedunt.

Cum itaq; Methodus Thematica recte &
plene apprehensa & applicata unica sit
omnis accurationis horistica regula & canon.,
imò omnis cognitionis humanae modus, qvem ^{f Weberum}
etiam (vestigia qvorundam & nonnullorum
Recentiorum lubens hic prætereo) agnoscit sci-
licet ob unam veritatem, ^{et ministrat} Weige-
lius, clarissimum illud Matheos & omnis bone
Doctrinæ Lumen in Tract. qvi inscribitur: Ca-
put Summum Universi Corporis pansophici
Sect. III. cap. I. p. 101. sequentibus de Cognitionis
humanae Modis, & in specie de questionibus sci-
ficantium, qvæ vulgo dicuntur scientificæ; Nec
non Johannes Adamus Weberus, In Arte dis-
currendi de qvâlibet materia, Norimb. Anno
1673. Typis excusa, qvi libellus vera habet accu-
ratoris Horistica & Methodi mysteria; beatus,
qvi intelligit; & qvi numerum illum argumen-
torum contrahere & reducere ad enneada no-
vit vi symbolicâ. Cui accedit D. Johannes
Graffius, Organi Inst. Prof. Tübingensis, qvi in
Philosophia prima nuper edita Vestigia Metho-
di Thematicæ legit in singulis Metaphysicæ Gene-
ralis & Specialis Capitibus, qvi Liber ob hunc
ordinem uniformem aurô expendendus, &

sta-

studiosæ Juventutis manu diurnâ nocturnâ
volvendus est; donec plenior in re & rei Modo
prodeat. Et q̄vi ante omnes nominandus erat
Methodius & D. Eccardus Leichnerus, Ami-
cus, Patronus & Favitor meus Lege velsoldu-
riâ mihi observandus; q̄vi in Scriptis suis Phy-
sico - medicis & Logico - didacticis, cum primis
verò in Tirocinio analytico, Clave analyticâ,
Basi analyticâ, Synopsi universi operis de apod-
ieticâ scholarum emendatione, Schediasmati-
bus de Principiis Medicinae &c. ubiq̄. hujus me-
thodi Thematicæ vestigia, premit, tuetur &
inculcat, dum rō n̄ dī, rō eī ēsī, rō dīcī, & rō ēm-
ſeu An sit, Quid sit, Quale sit, & Cur sit per o-
mnij Partij Medicinae & omnis Scibilis Syste-
matici summa Capita tanq̄am optimum apod-
ietice analyticos & syntheticos promum con-
dum omni observantia colit, non sine & Docen-
tis & Discentis & Legentis mirâ Jucunditate
& Scibilis medici prolixioris omnisq; reliqui
compendiariò ordine.

Proinde aliò Schemate didacticò Tinctu-
ram nostram Bezoardicam investire non potui
nec debui, de qvō prolixius vide sis summarium
primis paginis præfixum. Plurima verò in
Thematicâ hâc Capitum serie vides mi Lector
non mea esse, sed aliorum, per qvos profiteor

me

me profecisse & scripsisse. Ordinem & Judicium ex Aliorum Judicio interdum de promtum attuli, non Rem & Materia, quae aliorum est. Methodus enim, quamvis non raro inveniat Defectus in Scibili, & suppleat, ubi heret aqua, non tamen semper invenit & supplet, sed Inventa quoque & Judicia Aliorum in Classes suas distribuit, vereque dicta & scripta ordinat & colligit. Ne autem totus auctoribus esse, quasdam Observationes circa usum Tincture bezoardice & Ego simul intertexui, quin in Ipsiis Auctorum illorum observationibus hujusq; Tincture commendationibus mea & sic propriis Observationes & Experiencie latent. Auctorum vero Verba integra semper ferè & proprio Isporum stylo involuta. Testimonii loco attuli, ut mens eorum & sensus rei evidentes essent; ut quoque industrius Anagnosetes labore evolvendi Auctorum allegata, aut si mavis, citata verba supersedere possit; Habet enim hic Tractatus se instar Locorum communium, quibus non semper loca Auctorum tantummodo citamus, sed & interdum sententias eorum plenas & integras ubique tamen juxta Thematicorum membrorum schemam, transcribimus, ut iu norunt, qui doctrina de locis Communibus recte & acroamati-

C

ce

cc i.e. secundum Leges Logice syntheticæ ad
orbiandis, animo imbibentur. Hoc modo elabora-
vi Trigam Cinnabriorum, Cinnabarim,
scilicet antimoniale, nativam & factiti-
am vulgarem, & in hac triga (brevissime
videm) specificum cephalicum, das rothe
Herz- und Haupt-Pulver D. Michaelis;
incturam aperitivam D. Mœbii, & alia
multa, In Praxi tamen omnino necessaria ejus-
modi Pharmaca, & propriis observationibus
nobilitata, e.g. Regno minerali potissimum
desumpta, cui, post finitam totius Medicinae zw-
arzoticae Systematicam, meam dicavi ope-
ram, cum viderem, Collegium Excell. Curiosö-
rum maximè Regno Vegetali & animali su-
um labore, curam, studium impendere, quod
testantur Scorzonera, Absinthium, Crocus, Cer-
vus & alia id genus Themata. Omnia in DEI
gloriam, Proximi emolumentum & perpetua
actionis Incentivum. Vale, mi Lector, & fa-
vere mibi incipe, qvi Tuus sum.

Dabam Islebiti Mensē
Majō anno 1677.

Omni Pietate, Sinceri-
tate & Officio

Godofredus Schultzius,
Med. D.

Sciagra-

Sciagraphia Dissertationis Thematicæ

De

Tincturâ Bezoardicâ,

Hujus notetur.

I. **A**N sit seu famosum Nomen Tincturæ bezoardicæ, qvod in Præfatione paucis una tangitur.

II. Quid sit, ubi occurrit:

Nomen Tincturæ bezoardicæ, qvarè dicitur 1. Tinctura 2. bezoardica 3. ejus Synonymia & Homonymia *Cap. I.*

Causa Efficiens seu Auctor & Æmuli Tincturæ bezoardicæ, itemqve Causa occasionalis. *Cap. II.*

Materia ex quâ sunt Ingredientia; Huc pertinent Processus varii, qvi citantur cū modestâ Epicrisi in singulos, eorumve Ingredientia, ut pateant Symbolica seu homogenea, efficaciora & pauciora, qvibus omnis Tincturæ bezoardicæ vigor absolutur, annexò brevi, efficaci & genuinò *nunc* processu, itemq; qvid de Lapidis bez. & baccarum Herbæ Paridis extractione nec non spiritu ♀ & ♂ li, qvæ singula juxta Nonnullorum descriptionem Tincturam nostrā ingrediuntur, sentiendū sit: *Cap. III.*

Forma externa seu consistentia, color &c.

C 2

& in-

& interna seu Principiū operationis, qualitates Tincturæ occultæ, primæ & secundæ, Cap. IV.

Finis & Effectus seu utilitas in variis morbis
In genere & in specie in Morbis Intemperie,
supremi, medii & Infimi Ventris, & artuum.
Ubi simul adducuntur Vires singulorum
Ingredientium, qvæ fistit ultimus
& genuinus nunc temporis Processus; ut
efficacia & usus Tincturæ bezoardicæ eo
latius pateant, cum singulorum vires con-
currat in toto & qvæsi cōcorporētur. Cap. V.

Locus & Tempus seu Patria & ætas Tincturæ. Cap. VI.

Oppositum seu Pugnantia. Qvicquid Tincturæ bez. contrariatur, estq; 1. Ingredientiū accumulatio superflua. 2. Tincturæ vilipendium, vi vocabuli in barbarie nati, & barbaram spernentιū crisiñ arguentis & in specie 3. Misochemicorū conteritus. 4. Ejus præposterus usus & abusus, ratione subje-
ctorū seu ægrorū, & temporis morbi. 5. ne-
glectus veræ doseos. 6. precium nimium.
7. Crimen cœcitatis. Cap. VII.

Simile seu comparata & cognata sunt Medi-
camenta Symbolica, qvæ extemporalem
cū Tincturā bez. constituunt Formulam.
Discrimen Misturæ simplicis & Tincturæ
bez. ostenditur. Cap. VIII.

CA.

CAPUT I.

De

Nomine Tincturæ Bezoardicæ.

Dicitur propriè & in sensu Chemicò
I. TINCTURA, & intelligitur *Liqvida*, qvia est liqvor tinctus balsamicā In-
 gredientium Virtute sine Menstrui abstra-
 ctione. Differunt enim Tinctura, Essentia
 & Extractum secundum enchiris in che-
 mico - pharmaceuticam haec tenus cele-
 bratam. Primus gradus ad Extractum est
 Tinctura liqvida, alter mollis seu Es-
 sentia, Tertius ipsum Extractum. Itaque
 Tinctura (liqvida) est, in qvâ manet
 Menstruum cum corporibus & operatio-
 nuni Subiectis, Tinctura mollis, seu Es-
 sentia est, in qvâ aliqua fit Menstrui eva-
 poratio. Extractum verò est, qvod Men-
 strui evaporatione pleniori & tantum non
 omnino dà ad consistentiam densiorem &
 spissiorem redigitur. Vide in re plurimis
 notâ Schröd. Pharmac. L. 1. p. 9. L. 2. p.
 208. 296. Rofinc. Chem. in Art. form. red.
 p. 199. 241. & alios Pharmaceutas accura-
 tiores.

**II. Metamorphosis Bezoardica dicitur; non
 ob**

C 3

ob Lapidem badzahardicum, seu, ut vulgo dicitur, bezoardicum orientale, qvi Eam non ingreditur, neq; vires & colore, ut Vulg⁹, auditio Nomine bozoardicō, putat, Ipsi impertitur, qvamvis Medicorum non postremi interdum lapidem hunc, nullā tamen necessitate vel Ratione verā cogente simul Extractioni subjecerint, saltem ut preciosior, non efficacior Tinctura conficiatur, uti Cap. III. prolixior hujus superpondii erit censura. Sed hæc ipsissima Bezoardicæ denominationis causa est, (1.) qyoniam Ipsius Ingredientia seu operationum Subjecta vim habent lapidis bezoardici, non tam analogam, symbolicam & homogeneam, qvam in ipso Symbolo lapidis viribus superiorē, alexipharmacam, cardiacam, diaphoreticam, attenuantē, putredini resistentem, aperientem & viscerum reliqvorum medicā voce confortativam. Ob hanc cūsg-γεια symbolicam Bezoardica artificialia; Solare scilicet, Lunare, Martiale, Joviale, Minerale, Animale, generaliori Bezoardici titulō insigniuntur, licet tantillum lapidis bezoardici orientalis vel occidentalis in suam Σκευασίαν non recipiant. Hinc Rollinicus

fincius Chem. cap. de Bezoardico minerali vulgari: Bezahar, inquit, vox persica, Indica, arabica notat lapidem virtute alexipharmacâ præditum ab animali quo-dam desumptum; Virtus eadem cum competat huic Medicamento, Bezoardici Epitheton ipsi fuit assignatum. Et Carolus Clusius Histor. arom. l. l. c. 45. A lapide, Bezoar, inquit, nomen invenerunt Medicamenta venenis resistentia, quæ per excellentiam Bezoardica dicuntur, est enim hic lapis eximiæ (*sigillinus habetur*) ad-versus venena facultatis. Quibus inservit, quod habet Quercetanus Pharm. Dogmat. restit. p. 787. de Theriaca. Olim non tantum Theriacæ nomen Antidoto illi celebratissimæ Theriacali impositum est, sed eodem quoque nomine sola quædam Simplicia insignita fuerunt. Hinc Avicenna Sqvillam appellat Theriacam contra venena, gummi opopanax & aristolochia nominantur Theriaca ad puncturas. Vide sis de generali hac Bezoardica nomenclaturâ Hofmanni Opus de Meth. med. L. I. c. XI. p. 117. de Sudoriferis. Rolfinc. in succincta dissertat. de Lapide Bezoar. Nec non Reyheri Thea-

C. 4.

tructi

trum Romano-Teutonicum, Lexicon illud verè pansophicum; Medicamenta, inquit, Bezoardica dicuntur, non tamen, quod Bezoar lapis ea ingrediatur, quam quod venenis & morborum malignitatibus resistant, e. g. Bezoardica Tinctura. Hæc ille: Qyibus verbis verba subjicere placet, quæ facit industrius & candidus VIR J. L. Hahnemannus Prodromo Lexici med. p. 495. In frequentissimo, inquit, Usu sunt hoc tempore Tincturæ bezoardicæ, & nullus Sepiasiarius est, qui non singularem Descriptionem habere jactanter pronunciet, quam ad astra ferè effert; Est enim hoc Hominum & Barbitonorum genus mirè in jactantium primum. Dicuntur Tincturæ bezoardicæ, non quod ipse Lapis orientalis, occidentalis vel germanicus ipsas ingrediatur, sed quia proxime ad Lapidis bezoardici facultatem tamen diaphoreticam quam confortativam accedant, omnium autem celeberrima est ipsius D. D. Michaëlis, quam in gratiam Lectoris ascribam, Vide l. c. 2. Quia radix Contraryerva ex India ad nos deferri solita, secundum Nonnullorum & ipsius D. Michaëlis formulam ingreditur hanc Tinctu-

Tincturam, qvæ radix medicamentum aduersus venena præsentissimum & commune alimentum statuitur, qvō animalia, qvæ Lapidem bezoardicum nobis suppeditant, vesci confieverunt. V. Lazarus Riverius in praxi medicâ L. 17. c. 1. Hoc in modō Nomen generale Bezoardicum & Materia ex qva Lapi orientali bezoardico, nec non Tincturæ nostræ, ex aliquâ parte communis communem jure parunt appellationem.

III. Synonymicè effertur & efferri potest D. Michaelis Bezoar-Tinctur / eine Herz-verwährende/ Herz-stärkende/ Gifft-treibende Tinctur. Eine Tinctur vor gifstige und andere Fieber. Die wahrhaftige und philosophische Bezoar-Tinctur. Die sauerliche Bezoar-Tinctur / seu *Tinctura bezoardica acidula*, à spiritu vietrioli volatili acido vel rore minerali acido. Ad differentiam *Tincturæ bezoardice falsæ & alcalicæ*, qvæ fit, quando Extracto specierum Theriacalium vel etiam Ipsi Tincturæ nostræ acidulæ spir. CC. vel * vel urinæ, volatiles, miscentur, & Æibus volatilibus acuuntur. Hæc Tinctura falsa in scorbutica sangvinis diathesi benignâ & malignâ, in Arthritide vagâ

Scorbuticâ, Ischiadicô dolore, Pleuritide,
 sanguine coagulatô, Melancholiâ, Palpi-
 tatione cordis, Suppressione Mensum,
 Malô hypochondriacô, affectibus splene-
 tis, Febribus malignis, in Variolis &
 Morbillis, Suffocatione uteri, Colicâ, Fe-
 bre qvartanâ, catarrhis suffocativis &
 omnibus morbis, ubi acidum peccat,
 egregiam præstat operam, citò resolvitur
 etiam in affectibus calidioribus, more Sal-
 forum volatilem; neqve daminum Natu-
 ræ & visceribus infert, ut fixiora solent.
 Ola; majoris qvoqve præ meris Θibus
 vel spiritibus volatilebus falsis efficaciæ
 est, ob virtutem Theriacalem alexiphar-
 macam admixtam: sed ad Tincturam no-
 stram acidam Olo & Freo volatilem red-
 eamus, qvæ, ut Synonymicam telam per-
 texamus, dici qvoqve potest: *Mixtura sim-
 plex efficacior & tincta Tinctura composita
 alexipharmacæ*. Itemqve *Essentia Bezoard-
 ica, Elixir Bezoardicum* sensu terminorum
 latiori. *Panacea Vulgi*, cum Hic freqvens so-
 leat in qvovis Morbo, absqve respectu æ-
 tatis, Temperamenti, sexûs, Temporis.
 Morbi, una cum Medicastris ad usum hu-
 jus Tincturæ bezoardicæ tanquam ad sa-
 cram

cram Anchoram, & s^æpiūs cum euphoria, confugere.

Tinctura theriacalis. Theriaci enim & Bezoardici medicaminis Notio inter se, interdum non differunt. Vide Bauhin. de Lap. Bez. Sic Opiata illa Theriaca vocatur etiam Bezoardica, & indifferenter In plurimis adhibetur Morbis malignis, à Morsu Ferarum aliisye Causis provenientibus. Et Spiritum Theriacalem appellamus, non solum, qvī Theriacam pro basi habet, sed Alium qvemvis, in quo latet virtus alexiteria, & vet ex Vegetabilibus, animalibus, Mineralibusve præparatur.

I V. Qvod ad Homonymiam attinet, sumitur hic non ~~μερισμός~~ & partialiter, pro solo liqvore alexipharmaco, per spir. vini Vegetabilibus extracto, qvi etiam dicitur Tinctura bezoardica, sed ~~ιλαράς~~ & totaliter, qvatenus ille Liqvor bezoardicus vel Theriacalis Spiritu Vitrioli & Tartari vel falsis armoniaci, opio, viperis & aliis accessoriis Bezoardico Medicamento convenientibus exaltatur.,

CAPUT II.

CAPUT II.

De

Auctore & Æmulis Tincturæ
Bezoardicæ.

Auctor hujus Tincturæ Bezoardicæ, à qvō etiam Nomen & Famam traxit, non aliis est, qvām D. Johannes Michaëlis, Chemicus, Medicinæ Professor & Practicus in Academia philyrea celeberrimus. Cujus sub nomine alia qvoq' ve sic dicta Arcana medica hodiè post fata ipsius circumferuntur, & in Libellis medicis diverse recitantur, & citantur, qvalia sunt, *specificum ipsius Cephalicum, das rothe Haup-
Pulver / cinnabariz / ii vel nativam selectio-
rem pro basi habens, Magisterium Epilepticum,
Cordiale, Pulvis antidyentericus, Elixir anti-
scorbuticum, Essentia sphenetica, Elixir stomar-
ebicum, uterinum, &c id genus alia.* Hic famâ & fortunâ medicâ insignis. Vir Essentiam confecit ex Theriacâ vel Ingredien-
tibus qvibusdam Theriacalibus, cui Spir-
itum Vitrioli & Tartari miscuit. Mistum
vero fantalô rubrō tinxit, cui postea No-
men Tincturæ bezoardicæ imposuit. Oc-
casio-

casionem medicamenti sic conficiendi
 dubio procul arripuit ex tot Essentiis soli-
 tariis alexipharmacis, ut Angelicæ, Scor-
 zoneræ, Corticum citri, Croci, itemq;ve
 Extractis alexipharmacis Angelicæ, A-
 cori, & aliis alexipharmacis compositis,
 qvæ conjunxit, & spirituum bigâ exalta-
 vit. Præ omnibus tamen ansam videtur
 deditæ huic Mixturæ alexipharmacæ vel
 Ipsa Theriaca, vel Mixtura simplex, de-
 Tribus dicta, utpote, qvæ communem cum
 Tinctoriæ bezoardicâ basin & operationis idem
 principium agnoscit, nec ab eâ differt, nisi de-
 stillatione & Infusione, ut & additamento O-
 pii largiori, viperarum & aliarum qvarundam
 rerum. Hunc primum nostrum Tinctoriæ
 Bezoardicæ Conandum & Promum aliꝝ
 secuti sunt, uti Cap. III. de Materiâ & Cap.
 e. de Ætate Tinctoriæ Bezoardicæ ubi
 riūs differitur. Paululùm aliter sentire
 videtur Nonnemo, qvando scribit: Ego
 Inventorem hōc in seculō, agnosco Ne-
 minem. Deinde: Autorem certum Tin-
 citoria bezoardica non habet, hōc modo
 considerata; Si verò sub Syncrisi & Sym-
 bolo Misturæ simplicis consideratur, aliter
 res habet. Nam Medicus inter alia præ-
 scribens

scribens Mixturam simplicem, & admis-
scens v. g. Syrupum vel essentiam Papav.
rh. videt Mixturam hanc sub hoc Colore
magis arridere oculis, idcirco Eam statim
alio & quidem nomine Tincturæ bezoar-
dicæ vocavit, tanquam ante non auditio.
Verbo : Casu prognata est Tinctura bezo-
ardica. *Hæc Excell. quidam VIR. Qvæ omnia*
subordinata sunt, non opposita. Casus &
*Causa occasionalis non excludit Princi-
palem. De Auctore Nominis & Tituli,* nec
non peculiaris & primi Ingredientium se-
lectus & Processus primario hic sermo
est. Novus Titulus & novum Medicamen-
ti, licet plurimis ante noti, Nomen
præsupponit Nominantem, cuius sub
Nomine circumfertur, qvamvis primum
non invenerit Mitionem & VIRES, sed
addiderit Inventis aliquid de suo, qvod & de
Tincturæ bezoardicæ Auctore respectu
Mixturæ simplicis, ratione destillationis,
Infusionis & aliorum accessoriorum, ve-
rum est.

CAPUT

CAPUT III.

D.C.
Materiâ ex qvâ seu Principiis Materialibus Tincturæ Bezoardicæ, sive Procesibus aliquot Auctorum de Republicâ medicâ optimè meritorum, nec non de Processu genuinô & maxime rationali.

Receptum & Exemplar hujus Tincturæ *ἀπογεφόν* non permanit *ἀπογεγόν*, originale & authenticum, sed prima Auctoris celeberrimi Formula alias exclusit Formulas, ex aliquâ parte spurias, & ratione modi miscendi & extrahendi non satis interdum rationales: Multi Formulæ bezoardicæ Promi Condi partim addiderunt, partim demiserunt Ipsi, qvicquid Ipsiſ visum fuit. Hinc tot sunt Processus, Descriptiones, Ingredientium cumulationes, & præparandi modi, qvot sunt Dispensatores & Pharmaceutæ. Enim vero Veritati pharmaceuticæ exqvisitè congruit, qvod tam prima Auctoris Formula, qvam qvæ ante & post Ipsius fata secutæ sunt, detractiones, additiones, & correctiones variæ, novâ correctione, detractione, varia-

riatione & epicrisi, quæ ex naturâ Rerum Symbolicâ & genuinô extrahendi modo suam depromit crisi, indigeant; Hinc hodiernô tempore facile est Rerum naturalium perito Tincturam egregiè bezoardicam & alexipharmacam conficere, ex paucis Symbolicis, seu homogeneis, & aliis, quæ basin bujus Tincturæ unâ constituant, Ingredientibus. Ut oppositajuxta se posita magis elucescant; Trigam Processuum Tincturæ bezoardicæ Ipsius Auctoris primo adducam ex Autographis Ejus desumtam, Trigam, hanc seqvetur alia aliorum Auctorum Triga, cum notis & animadversionibus subsequentibus, quæ selectum & Efficaciam Ingredientium respiciunt. Senos hosce Processus Vera, genuina nunc temporis & brevis Formula tandem excipit.

I. Processus.

Rec. Rad. anthora.

angel. utriusq.

aristol. utr.

Carlin.

contraj.

Cyper.

cbelidон. maj.

barbar.

bardan.
 doron,
 dictann. alb.
 levist.
 enul.
 succif.
 gentian.
 Olznitie.
 petasit.
 pimpin.
 pentaph.
 serpentar.
 scorzon.
 Torment.
 Valerian.
 Vincetox.
 Imperator.
 Zedoar. à ȝ.ß.
 vel ȝ. j.
 Fel. dictann. Cret.
 scord. cret. & nostr.
 ruta.
 galege.
 succif.
 Card. ben.
 scabios. à Mj.
 El. Ulm.

D

cordiaſ.

cordial. à Mj.

salvia.

aqvileg.

rosar.

hyperici.

cyan.

millefol.

Calend.

scabios.

Tunic.

belen. à piij.

sem. acetos.

angel.

bardan.

Card. b.

Citri.

aqvileg.

calend.

nasturt.

Cocbl.

levist.

rute à zijj.

Baccar. herb. *Parid.* ȝ iſſ.

Cortic. citri zijj.

Cofi veri ȝ iſſ.

Santal. citr. ȝ iſſ.

Gran. cherm. ȝ viſſ.

Ligni

Ligni al. ȝȝ.ß.

Croci ȝȝ.ß.

Campb. ȝvj.

Theriac. ȝȝ.ß.

Extrahatur saltem f. q. Sp. V. rectif.
Vide Excell. D. HANEMANUM Pro-
drom. Lex. med. p. 497. qui & huic For-
mulæ propriam subjicit.

II. Processus,

R. Rad. scorzon.

zedoar.

angel.

Valerian.

Enula ȝȝ.ß.

Olnitii.

petasit.

rad. Pimpin.

Cardopat. seu Carline ȝȝ ȝvj.

china.

contray. ȝȝ ȝj.

Fol. dictamn.

rute.

Card. b.

Scordii.

Fl. cordial.

beton.

Calend. à pij.

Sem. acetos.

Card. b.

Citri.

angel. à 3ß.

Cort. citri.

aurant. à zi.

Gran. Junip. ziiij.

Calam. arom.

galang. à zi.

Theriacæ opt. 1ß.

Extrahatur s. q. sp. vini alcolisati. His
liqvoribus tinctis addebatur spir. Gl. veri
vel cttalis & ♀, & camphoræ debita por-
tio.

III. Processus.

Quem communicavit mecum D. J.F.H.
(1.) Primò omnium conficienda est Essentia ex speciebus Theriacalibus hōc modō:

R. Myrrhe ziiß.

croci or. opt. 3i.

Contusis superfunde 15 iij spir. vini
optimi, stet Infusum 8. dierum spatio in
digestione, post filtretur, Residuo novus
affundatur. Fiat Extractum Essentiæ su-
pradicæ confundendum. Deinde (2.)

(2.) R. rad. angel.

Zedoar.

pimp.

Contraij. à ȝt.

Fol. dict. cret.

scordii

rute

Herb. millefol. à Mj.

baccar. Junip. ȝif.

Diascord. Fracastor. ȝif.

Iberiac. ȝif.

Spec. Elec̄t. de ovo ȝvj.

Incis. Contus. g. m. Infunde cum spir.
vini, ut 4. dig. superemineat, stet Infusum
12. dierum spatio in digestione, in calore
mediocri, decanta liqvorem, filtra, &
misce cum Essentiâ priori. Tùm demum

R. ȝ v̄sūper ȝ per phialam lon-
gam rectif. itemg. ȝ ȝli, volatilem
& Camphoram, Misce ita, ut Essentia
Theriacalis prioris sint ȝx. ȝ ȝiv.
ȝ ȝli volat. ȝij.

Campb. ȝij.

Mixta stent in digestione, in hypocausto
calido, per i. & alteram septimanam, Tin-
ge sandalo r. vel nativum & non fractum
Tincturæ colorem serva.

D 3

Hi

Hi sunt *Tincturae bezoardicae* Processus Auctoris, qvamvis fortè non omnium primi, genuini tamen & authentici, qvi bus post modò ab Auctore ipso crescente Ipsius *inceptis* & Experientia pharmaceutico-Therapeuticâ additum & detractum est, qvicqvid ipsi visum fuit, ut fieri solet penes Practicos rationales, qvi non ad seram usqve ætatem eadē semper obrabant Missionis & dispensationis pharmaceuticæ chordâ, non iisdem semper utuntur medicamentis, aut eōdem miscendi modō, sed frugibus in praxi annosâ repertis, glandes qvasi, qvæ initio praxeos in deliciis erant, in ætate maturiori negligunt, & damnant, & ita prioribus sœpè posthabitatis ad efficaciora pharmaca nec non aliū atqve aliū miscendi, extra hendi, & præparandi modum animum applicant, monstrante id & manu qvasi ducente DEO, *Naturâ, Arte, & Experienciam*. Qvod etiam monuit Excell. D. Ludovic. literis ad me datis: Credo, inquit, firmiter, Virum ipsum Experientissimum. B. D. Michaëlein variasse in hisce, addidisse, qvædam subtraxisse, substituisse, non occultationis singularitatisve causâ, sed uti res

restulit, æqvè ac nos solemus circa alia.,
Et quid facilius, familiariusve hujuscemodi formulis?

IV. & V. Processus est.

Excell. D. FRID. HOFMANNI Practici Hallens. per 23. annos experientissimi, Præceptoris olim mei & Hodegi fidelissimi, quem Anno 1670. observavit.

Rec. rad. angel.

aristol. r.

beton.

Chelid. maj.

gentian.

petasit.

pimpin.

Vincetox.

Zedoar. à zj.

Imperator. žij.

Contray. žiſ.

Herb. Scordii

cent. min.

millef.

dictamn. n. à Mj.

Croci. ſ.

D 4

bacc.

bacc. Junip. ȝij.

Cort. citri

aurant. ȝ ȝvj.

Opū depur. ȝj.

Incis. contus. g. m. inde Cucurb. vitr. affunde spir. vini ex fecibus vini ȝ viij. stet in leni calore 12. hor. Decantetur, & signetur: Extractum, Essentia vel Tinctura Theriacalis. Fecibus post decantationem relictis superfundatur novus spir. vini, abstrahatur per Arenā & dimidia Pars camphoretur, signetur in dupli vase Spiritus Theriacalis, camphoratus & non camphoratus. Post

Rec. Myrræ, galbani ȝ ij. spir. vintex
fecibus vini ȝj.

In Vitro stet in leni calore. Post dies 12. effunde, qvōd tinctum est, Misce Essentiā seu Extractō & Tincturā Theriacali superiori. Huic Mixturæ statim affunde ~ ȝ rectificat, & ~ ȝ li eā proportione, cuius supra mentio facta est. Cumqve non omnes odorem camphoræ ferre queant, cum notum sit Hypochondriacos plurimos, & qui sunt debiliōri capite, nec non uterum sēpius ab eo abhorrente, itē fortē j aut ij camphorari, reliqua vero quanti-

quantitas sine camphora asservayi potest.
 Tingatur Santalo r. Sign. Tinctura bezoar-
 dicâ cum spir. Oli & ♀. Hunc Processum
 ita adauxit & correxit in Clave suâ phar-
 mac. Schröderiana p. 52. 53. & Thesauro
 pharmac. p. 107.

I. Fiat spir. Theriac. per ♂.

Rec. radic. Imperator.

chelidon. maj.

zedoar.

petasit.

pimpin.

dictamn. alb.

Valerian.

Cardopat. que etiam Carlina dici-

Vincetox.

(tur.

Contraij. à ſj.

fol. dictamn Cret.

nosir.

Scord galeg. rut. millef. à Mj.

Bacc. Junip. Muij.

Incisa, contusa infunde spir. bacc. sam-
 buci f. q. stent vase clauso in loco tepidu-
 sculo (tepidō, tepidulo, subtepidō) per ali-
 quot septimanas, post separetur Liqvor.
 & ♂ per MB. Destillatum spirituosum af-

D 5 funda-

fundatur residuis prioribus Remanentiis,
& de his cohobetur , acquires Spiritum
Theriacaem penetrantisimum; Recipe
hujus spiritus Theriacis f. q.

Myrrha opt. ȝij.

opopan.

galbani

castor. ȝȝȝ.

stent in digestione per 8. ♂ & postmodum
coalentur & seorsim serva.

Deinde II.

Rec. Opii Theb. ȝij.

Nuc. mosch no. v.

Croci or. ȝij.

spir. Theriac. supra descr. q. f.

Infundantur per 8. ♂ & ultra , postmo-
dum cola.

III.

Rec. baccar. herb. Parid. q. v.

spir. dicti Theriac f. q.

extrahe Tincturam in loco tepido. Ex his
simul invicem mixtis confice Essentiam
Theriacaem.

Rec. Hujus Essentie ȝx.

spir. Θυ volat. ȝv.

Θυ volat. ȝij.

Campb ȝj.

Hæc

Hæc stent in digestione unâ vel alterâ septimanâ, & vel per se usui asservetur, vel tingatur ligno santal. r.

Et p. 52. req̄irit ad spiritum Theriacem compositum seu Mixturam de Tribus, & ita quoq̄ve ad Tincturam bezoardicam spiritum ♀ depuratisimum, subtilissimū & summè volatilem, Θe ♀ volatili imprægnatum, spiritum vitrioli quoq; striatum & Θibus fixis corrosivis destitutum.

VI. Processus.

Habetur in Excell. Rolfincii Chemia in artis form. red. p. 189. sub nomine :

Tinctura composita alexipharmacæ.

Rec. Rad. Contrayervæ.

zedoar.

biflort.

torment.

vincetox.

diptamn. albi.

scorzon.

Imperat.

acori veri.

angel.

treos flor. à 3j.

Hebb.

Herb. scord. n.

rute.

galega à Mij.

Sem. fanic.

anis.

card. benz.

card. M.

citri à ſyſ.

baccar. h. Pand. à ſyſ.

fl. ros. r.

caryophyll.

calend. à Mij.

ligni Sanct. r. à ſyſ.

Cinnam.

Caryoph.

macis à ſyſ.

Theriac. mitbrid. à ſyſ.

Contus. contund. & mixtis omnibus superfundatur spir. vini ex fecibus vini &c q. s. ad justam supereminentiam. Coloratus in leni digestione spiritus in peculiari vase asservetur. Post decantationem novus spiritus affundatur, iterum defundatur, & priori jungatur. Tandem

Rec. Mixt. simplic. Oſta Theriac.

campborata à ſyſ.

Per-

Permista prioribus Fiat Colatura per
 linteum subtile, In Vitro S. ut supra. Hoc
 & simili modo Tinctura nostra Bezoar-
 dica, ὁλικῶς accepta, Cujus nomen & Fa-
 ma multam Germaniae partem pervasit,
 vulgo conficitur. Sed qvalem nunc me-
 rentur Epicrisin Processus singuli, qvos
 in medium attulimus? ut modeste, brevi-
 ter & in genere dicamus, qvod sentimus,
 certum est qvā plurima operationis sub-
 jecta, Extractioni destinata, naturam ha-
 bere symbolicam seu homogeneam neq;
 in fundamento operationis & Destinatio-
 nis suæ à se invicem totaliter distincta esse;
 Multa qvoq; exiguas vires in liqvorem
 seu menstruum deponere; Proinde ad ea
 ingredientia potius dirigendus est oculus
 pharmaceuticus, q;e revera extrahuntur,
 q;e in vi homogenea efficacissima sunt, & vi-
 liori precio constant, ut ita Unum, Duo vel Tria
 vi, q;asi unita & largè suppeditent, q;od in
 Decem reliqvis symbolicis forte q; carioribus non
 inveneris. Lucem censuræ nostræ fœnera-
 bitur satis liqidam Excellentissimi D.
 Danielis Ludovici Archiatri Gothani,
 Fautoris & Patroni mei, observantiae nun-
 quam Intermorituræ cultu mili pro se-
 qven-

qvendi , Tractatus Incomparabilis ille ,
qvi inscribitur *Pharmacia moderno seculo applicanda* , Liber aurô expendendus , qvi delectum medicamentorum symbolicorū ,
ac brevisimam , Rationi & Experienciæ pharmaceutico-chemicæ ubivis respondentem enchirisin per omnes Medicamentorum Classes perpetuâ serie , fide & candore pari , tradit . Utinam in reliqvis Medicinæ Partibus Pathologia inprimis , Therapeuticâ , Semiotica , Chirurgica & Diæterica ejusmodi compendia medica lucem videant publicam , ut causæ morborum breviùs , & quantum Praxi applicari possunt , enucleantur , & colligantur . In hodierna enim circa Morborum causas sententiarum licentiâ ferè amittimus antiquam veritatem , ut nesciat tandem incipiens Practicus , in qvod principium pathologicum innixus medendi methodum aggredi , vel ad quam causam morbificam oculum reflectere practicum debeat . Ut quoqve Regulæ Therapeuticæ succinctius & ordinatiuſ proponantur , & Methodus medendi ita fiat contractior *in genere* & *in specie* , in singulis Morbis , qvorum Curatio non semper reqvirit sanctissimam illam

illam & superstitionis ferè Trigam, Fontem scilicet Chirurgicum, Pharmaceuticum & Diæticum, qvæ cum ipso Fonte sæpius aquam perdit maturioris Therapiæ. Sic autem experientissimus & sagacissimus ille Vir, qvi mihi iuſtar omnium est, l. c. p. 243. *de selectu diaphoreticorum & alexipharmacorum vegetabilium*:

I. De Angelicâ: Angelica nostrâs omitti, & præstantissima potius Carlina cum Enulâ polychresta seligi potest, facileq; tunc carere possumus Petasitide, Levisticô, vehementiori q; adhuc Imperatoriâ, Olsnitio, Valeriana q; pontica, aut vulgaris hortensi & aquatica.

II. De Scorzonera: Famosissima Scorzonera, etiam nostrâs, qvis enim insuper ex Hispania cariosam sæpe nunc peteret, non adeo necessaria hic deprehenditur, qvamvis enim gustui grata hic locorum parabilior, & alias bonum Hepaticum, Imò Galega quoq; tantopere nonnullis in remissioris gradus malignitatibus commendata, onobrichi tamen nihilo infelicitate tamen malignis languidius fœse gerit.⁺ In Morsu viperæ, obscuriori effectu pulvrem

rem viperinum, aliaqve penetrantiora superaddita vidimus. Infusa & decocta hinc vulgo composita in ardentibus vel chronicis Hepaticis, ubi alias satis nauseat stomachus, qvis ferè hic locorum bibit: Vide plura p. 257, 258.

III. De Gentianâ: Gentiana comtiori Praxi non necessaria vel adeò competens est, si verò omnino qvispiam diffusissimos in apparatus Scordii saltem Germanici, Cretico neqvicqvam postpositi, aut Gentianæ veræ radicem forte Tonorum causa, inter tot Fonticulorum dilatatoria & attractiva, parergi instar reponere, & insuper exigua qvidem gratia Electuario vel Tincturæ cuidam alexipharmacæ pro Gregariis adiicere voluerit, nostra hic non refert.

IV. De Dictamno Cretico: Ejus vires in Zedoariâ latent. Hinc Ludov. I.c. p. 255. Inter Zedoarium, Dictamnum album, (scil. radicem) Cretico hic vix cedentem, & deniqve inter parabilius adhuc Vince Toxicum Optio pro eujusvis districtus aut consuetudinis ratione instituatur; & Horum unicum saltem antidotis, Tincturis, vel Essentijs, consumilibusve liqvidis aut mol-

mollioris consistentiae formulis adjiciatur,
necessitas nō est, cur Ternæ illæ separatim existat.

V. De Contrayervा. Zedoaria contra-
yervam & Gentianam supplet. p. 253.
Qvemadmodum Gentiana æqvipolle
Contrayervæ, ita utramqve supplet &
æqvat Zedoaria.

VI. De Juniperi baccis. Intertot præ-
servatoria alexipharmacæ comtior con-
tractiorqve Praxis inibi adeo præsentane-
num vel excessivnum qvid non invenit,
sive in essentiam seu simpliciorem seu
image compositam redigatur. Spiritus fer-
mentatius præstans qvidem est, sed de-
licatioribus aduersus, ad Tincturas alexi-
pharmacas in se qvidem non inconveni-
ens, sed operosior & plerumqve simul
debilior est vegetiori h̄ic Spir. vini ♡
vel alio acceptiori qvodam vegetabili ab-
stractio minus phlegmatico. Ut proin-
selectui nostro vix inde qvidpiam præter
polychrestum illud baccarum ., præser-
tim è non fermentatis . tum quadret:
Hæcille Hōc modō cadunt & civitatem
qvasi amittunt in Processibus supra pos-
itis Radix Angelicæ, Petasitidis, Impera-
toriæ, scorzoneræ, Gentianæ, Dictamni al-

E bi,

bi, Vincetoxicī, contrayervæ, Baccæ Juniperi. Qvibus singulis Natura ad Creatoris voluntatem vim symbolicam majorem & minorem indidit, qvæ tamen à solâ Zedoariâ, Carlinâ, & Enula superatur. Simile Judicium est de reliqvis Vulgarium Processuum ingredientibus, ut radic. aristol. rot. beton. chelidon. maj. pimpin. bistort. torment. acori veri, Ireos flor. Herba scordii, rutæ, millef. cent. mingaleg. sem. fænic. anis. card. bened. card. Mar. citri, cort. citri, aurant. bacc. herb. Par. fl. ros. caryoph. calend. cinnam. mac. diascord. Elect. de ovo. Qvæ planè non necessaria, sed superflua sunt, & inconcinnâ faciunt misturam. Vel enim parum & Intentioni Tincturæ bezoardicæ non adeò conveniens, extrahitur, aut si deponitur virtus aliqua in liqvorem extrahemem, nulla tamen specifica excellentia & prærogativa inibi deprehenditur, qvæ non in paucioribus illis, qvæ genuina Formula manifestabit, vi homogeneæ Naturæ reperiatur vel in biga illa Spirituum acidocalicorum adsit. Deinde notandum & hoc est, qvod in sexto & ultimo Processu ingens illa quantitas Extracti radicum,

herba-

herbarum, semen, corticum, aromatum & florum tantum ſias V. miſturae simplicis ♂l. ♀tæ Theriacalis recipiat, quemadmodum & V. Proceſſus ſ. IV. tantum Spir. ♀ habet, Cum tamen Spir. ♀ tanquam diaphoreſeos & aliarum hujus Tinctoræ qvalitatum non poſtremus auctor majori pondere & portione Tinctoræ alexipharmacæ vel Theriacali addi debeat, aliás vim diaphoreticam ex votō non exeret, de cuius defectu quoqve in Mixturā simplici conqveritur maximus ille Vir D. Major In chirurgia sua infuſoria. Oritur vero vis hæc diaphoretica langvidior Mixturae simplicis, vel à Spiritu ♀ vulgaris acidulo & ♂to phlegmate, qvod plerumqve pro Spir. ♀ genuino vendit, & volatilioribus i particulis deſtituitur, vel à minimo Spir. ♀ pondere, qui à Spir acido ♂li ſuperatur; vide ſis cap. ult. *Myrra* quoq; mentionem faciunt ſupra citati Proceſſus, qvæ qvamvis citra efficaciam notabilem mutilationem amaroris ſui bonam partem in menſtruо deponat ad melioram tamen ejus extractionem qvarta pars alicujus alcali, ut ♂fixi &c. reqviratur, qvod vero hīc adjici non potest ob

subseqventem à Spir. Eli præcipitationem, & ingratam oculis turbationem totius liqvoris. Certum enim est, Myrrham in solidum solitario vini spiritui non obedire, melius verò solvitur, si Myrrha Spiritui theriacali, qvod in superioribus descriptionibus non fit, adjiciatnr. In legitima vero & genuina Formula huic cautelæ attendemus.

Reliqvū est, ut qvoq; de Lapide Bezoar seu potiū Badzahar orientali ejusqve extractione nec non Baccis Herbæ Paridis aliqvid addamus. Novi Medicos in Praxi sæpe versatos, qvi eō facilitatis deveniunt, ut preciosum illum lapidem bezoardicum orientalem reliqvis ingredientibus addant & hinc Tincturæ nostræ majorem vim alexipharmacam & cordialem conciliari firmiter credant. Verū enim verò, lubrico admodum fundamentō niti hanc fidem & persvationem exinde patebit qvando consideramus qvod

i. Verus & genuinus lapis bezoardicus *omnium doctorum Medicorum* consensu admodum rarus fit, & hinc vim sibi sacram alexiteriam neqve in substantia nec in Tinctura exerere queat. V. Primeros.

de

de error. V. p. 444. L. II. c. 36. Proinde
cautiores Practici Lapidi isti in substantia
rarò soli fidunt, sed eundem vel plane
negligunt, vel Bezoardicis artificialibus,
ut Martiali, minerali, miscent, & cum
Tincturis alexiteriis commutant.

2. Positò, verum & genuinum lapidem
extrahi, nihil tamen extrahitur aliud,
qvàm qvod radicibus alexipharmacis &
herbis inest. Contrayervâ enim & simili-
bus plantis bezoardicis nutritur animal,
in qvô concrescit lapis, ut rationabiliter
colligunt Viri docti, similes verò radi-
ces alexipharmacas viliori preciò con-
stantes, & in vi homogeneâ efficaciores
ipso lapide aut lapidis nutrimentô, reci-
pit pro extractione Tinctura nostra poly-
chresta, ut ita precium qvidem, non ve-
rò Virtus Tincturæ intendatur, qvando
lapis extractioni simul subjicitur.

3. Lapis additur plerumque exiguâ do-
si pro extractione, cum tamen genuina
ipsius dosis sit, præsupposito, qvod verus
detur, juxta Primero f. I. c. p. 453. 454. 51.
52. 53. in substantia. Qvot Unciae hujus la-
pidis reqvirentur ad Libram unam Tin-
cturæ bezoardicæ si vires ipsius partici-

pare debeat, & qvot guttæ demum. Tincturæ nostræ responderent Drachmæ unius vel semis lapidis bezoardici qvæ dosis efficax putatur, utut integrâ hic non opus sit, ut in substantia fieri debet, cum & reliqua alexipharmacâ & spiritus associati suum hic addant *θιβάλλον μέρος*.

4. Lapis bezoardicus si qvid solubilis haberet, id tamen obrueretur solubilibus Vegetabilium particulis, præsertim resinosis. Siqvidem experientia chemicâ constat, qvod difficulter solubilis existat Lapis bezoardicus sive verus fit & genuinus Lapis, sive adulterinus. Ille enim terrefriorem partem succi herbarum alexipharmacarum, qvibus vescitur animal, pro Materiâ ex qvâ agnoscit: Hujus vero corpus creta, cineres, testæ ostrearum, sanguis siccus, & lapides Lapide bezoarminores subtiliter contusi & cum aliquo liqvore incorporati constituunt. Hinc pronuper amicus qvidam noster dixit: Er wolte ehe Gold aufschließen als den Bezoar-Stein: Unde vero haec solutionis difficultas & tantum non *aduvia*? Responsio solutione Lapidis facilior est; si enim ex cinere, lapidibus, creta, Testis &c. astuta

tia humana tot Lapidē bezoardicos compingit, qvi postea pro genuinis venduntur, qvalis qvæso solutio hīc expectanda erit & per quale menstruum?

Qvod Baccas herbæ Paridis attinet, non rejiculæ qvidem sunt hæ baccæ, qvibusq; solitariè perse, inqve essentiam saccharatam redactis securè utimur, imò efficaciores sunt volatili cuidam nuptæ; Cum verò multo labore acquirantur *nig. Pars essentialis* sunt *Alexipharmaci* Medicamenti, aut abesse hīc, aut homogeneo suppletri possunt.

Ut verò tandem Processus genuinus Rationi & Experiencie omnino conformis magis eluceat, anteqvam Formulæ Tincturæ nostræ qvæsi prototypum oculis subjiciam fidelibus, adducam Verba cedro digna Viri experientissimi D. Dan. Ludovici, qvæ Lib. s̄apius laudato, qvin omni laude majori de Pharm. mod. sec applic. leguntur, ob generalem veræ enchiriseos Tincturæ bezoardicæ Protheoriām: sic verò habent:

Qui missā tantūm omnium simplicium hīc spectantium concervatione moderno Theriacali spiritui ad famigeratissimā

E. 4

illam

illam Tincturam bezoardicam communiter destinata, paucas saltem antepositas radices (zedoarium respicit, Carlinam &c.) Cum Myrrha, Croco & si libet, aliquotâ Pulveris viperini parte proportionaliter miscuerit, ac v. g. pro $\frac{1}{2}$ iro Opii præter propter drachmam unam cum castorei quoque, si placuerit, particula adjevit. Miscellam hanc cum octuplo spiritu ardantis simplicis vel abstractitii, boni tamen, nec adeo phlegmatici, decenter extraxerit; Porro vulgatissimæ solu Mixturae illius simplicis a Tinctura bezoardica operosiori & nimis ferè, licet multum inter acidorum accessum postmodum secedat, nonnullibi camphorata, parum in fundamento proportione que differentis, imitatione tantisper saltem inter se permiscuerit: Paratæ istius Tincturæ spiritu Theriacali abstractitio vulgari oppido præsentioris $\frac{1}{2}$ forte x. duabus Essentia camphoræ drachmis prius exaltatas, spiritu tanquam diaphoresis potissimi hic auctoris $\frac{1}{2}$ vij. etiam non rectificati, & demum spir. Oli subtilioris parum sic præcipitantis, spiritu $\frac{1}{2}$ parabilioris & hic æquivalentis, *præc. clyffo malignarum nau-*

seas

seas unà comprimentis ʒiii Qvi, inqvam,hōc
 modō circa processum operatus fuerit, il-
 le compendiosē tūm in Percolato hōc vel
 Essentia Papaveris erratici aliquantō ma-
 gis colorato liqvore sufficienter habebit,
 qvod non solum ante dicta Mixtura sim-
 plex, & ad abusus usq; nonnullis familiaris
 Tinctura bezoardica pollicentur, verū
 etiam, qvod in aliis istorum imitationibus,
 variationibus, aut substitutis invicem se-
 met s̄epe numerō perimentia adsciscenti-
 bus, Item in Essentiā antidotali alexipharma-
 cā, simul viperinā, preciosiori viliori q;, in li-
 qvore alexipharmaco emulsioni formi, cum
 Myrrā tamen ac consimilibus operosioribus
 aut ingratiōribus passivē q̄aritur, Imo nec
 Elixir pestilentiale istud usuale seu vulga-
 tius, oleosis supernatantibus nimiis obrutum,
 seu recentiori correctione, sufficien-
 ter tamen saturatum, adeò necessarium
 erit istius sufficientiæ intuitu, & qvod
 competentium spirituoforū accessu am-
 plius, qvando revera opus fuerit, haud
 difficulter intendatur, vel plane una alte-
 rave rutacei vel succinei ʒ. gutta propor-
 tionaliter inficiatur qvasi. Sit tamen hic
 qvōd optio vel talium additio curvis per nos li-
 bera. p.

E 5

Sit

Sit itaque Formulæ nostræ archetypæ
seqvens, quæ paucis sed homogeneis efficacio-
ribus, acceptioribus, & non adeò caris.
Ingredientibus constat:

Rec. Rad. Carline

Zedoarie, vel Dictamni albi vel
Vincetoxicie;

Enula à 3ij.

Crori oriental. Integr.

Pulveris Viperini.

Myrrha à 3j.

Opii 3.VI.

Castor. 3ij. 3ij.

Incis. 8. m. Infunde cum spiritus ardentis
simplicis, vel abstracti, boni tamen nec
adeò phlegmatici, vel quoque spiritus
sambuci, baccar. Junip. &c. per fermenta-
tionem parati, optimè dephlegmati &
camphorati lib. iv. stent simul in leni di-
gestione per dies XII. agitentur saepius.
Decantati hujus Liqvoris alexipharmaci-
tincti, Rec. lib. iv. (si forte lib. 5. Menstruū
hæreat in magmate;) adde.

Effent. campb. (nisi Menstruum ante-
fuerit probè camphoratum.)

3ij. sunc enim oricti patet.

Spir.

Spir. ♀ etiam non rectif. non tamen ar-
delionum, sed propriâ manu confe-
cti $\text{lbij}.$

¶li subtilioris zxii. M.

Tingatur fantalo r. vel essentiâ fl. pap.
rh. vel recentibus aut siccatis papaveris
foliis. Signetur: *Tinctura Bezoardica cum*
Spir. ¶li & ♀. Nota hîc.

1. Spiritus ¶li subtilior intelligitur ille,
qui Angelo Salæ \triangleright ¶li secunda dicitur.,
aliis Ros mineralis acidus, & ex albificato
selectiori ¶lo per \therefore extremò \triangle destilla-
tur, eleganter acidus, & simul per tempus
aliquod, donec foliorum instar subsideat,
sulphureus.

2. De spiritu Tartari ad Tincturam.
bezoardicam nota, qvod ille sit optimus,
qui è Tartaro selectiori, cum è cremore,
æqvè fæteat, destillatur, subjectis Igni non
x. vel XII. uti sàpè fit, Libris, sed unâ tan-
tum aut alterâ, qvâ proportio erumpen-
tis spiritûs Recipienti respondeat, nec fru-
stra dispergatur Pars volatilior, unde & ut
plurimùm Rectificatio intermitte potest;
De utroqve spir. prolixius egi *in scrutinio*
Thematico spir. vitrioli & Tartari. Interim.
videri

videri potest candidus Chemicus Excell.
Ludovicus de Volatil. Θ. Pharm. mod.
sec. appl. de spir. ♀ & vistrioli, ut & in
Miscell: Curios. Tom. ult. de spir. ♀ cum
faccharo ♂.

3. Spiritus salis armoniaci in locum
spiritus Tartari substitui potest. Qvod fe-
cit D. D. Ludovic. qui literis ad me datis
haec habet: Ceterum, inquit, cum Villicis
hic etiam per annos aliquot, innotesceret,
ex odore, *Tinctura illa Bezoardica polycbre-
sta*, pertaesus ejusmodi Judiciorum,
jam pridē spiritui Tartari spiritum * deputa-
torem substitui, utpote, qui commode sub
spiritus Theriacalis odore latet, eadem pre-
stat, imò nisi compendia, de quibus alibi, de-
sint, facilius spir. Tartari genuinò paratur.
Nec, cum Tinctura Theriacalis spiritu vi-
ni dephlegmato constet, que etiam campho-
ram sic perfert, spiritusque vistrioli saltem
sit acidulus, notabiliorum præ ♀ eo pati-
tur alterationem, & si pateretur qvodam-
modo in armoniacale quid transiret, æqvè
diaphoreticum, experientiāq; constat,
40, 60. guttas satis esse sudoriferas, ceu
quoq; Collectaneis Excellentissimorum
Curiosorum id inferui.

4. Si

4. Si quis forte fortuna longiorē omnino Formulam , vel Præjudicii evitandi causā, urgere velit, poterit nostrā pace addere Archetypo sic dicto Angelicam, scorzoneram , Doronicum , Tormentillam, scordium , &c. Manet enim utique singulis speciebus, sua *Homogeneitatis latitudo*, nec vim planè homogeneam contractior nostra Formula Includit aut præ-supponit, qvam profectò in paucissimis invenimus. *De generati tantum Convenientia*, qvæ magis & minus admittit, sive præstantius atqve remissius exhibet, hic sermo est.

5. Dimidium Tincturæ absqve Camphora & castor. asservari potest, neqve enim Indicatio hanc bigam semper requirit; accedit qvod camphoram non omnes ferant, qvibus tamen Tinctura bezoardica prodest sive camphora.

CAPUT IV.

De

Formâ externâ, & internâ, itemqve Proprietatibus seu Qualitatibus Tincturæ Bezoardicæ.

For-

Formā externā & consistentiā Medicamenti nostri polychresti indicat Nomen Tincturæ, de cuius Requisitis haec ten⁹ usitatis cap. i. satis dictum est. Tenuis est seu liqvidus liqvor, qvia Menstruū seu spiritus vini sine guttulae dispendio ipsi unitus mansit. Virtutes verò & qualitates ipsius internas qvod attinet, calida est & sicca hæc Tinctura, qvia ex calidis & siccis ingredientibus per calidum & siccum Menstruum est extracta, per accidens tamen refrigerat qvoqve ob spiritum Vitrioli acidulum refrigerantem, & dum calorem putridum Archeum ad furorem adigentem, & inflammam quasi convertentem extinguit, vel fermentum febrile calorem, præter naturalem & exæstuationem in spiritibus vitalibus exuscitans, discutit & resolvit. Aperit qvoqve hæc Tinctura, attenuat, præcipitat, diuretica, anodyna, emmenagoga, alexipharmacæ, digerit, materiam viscidam & glutinosam, proinde qualitates ipsius non incongrue dividuntur in occultas, primas & secundas, qvarum vigore efficit id, qvod efficit; qvæqve dependent à formâ qvæ Fons & origo est omnium Affectionum, Qualitatum

tum & operationum, Forma enim dat esse, distingvi & operari. Hinc D. Frid. Hofm. in Opere de Methodo med. Tincturam bezoardicam unà cum aliis (Tincturâ. ȝ ii. ȝta, aperitivâ Mæb. spir. ȝtis striato) vocat *Digestivum diureticum juxta*, quod fermenta viscerum roborat, excrementa morbida in viis obvia potenter resolvit, obstructiones referat, humores crassos attenuat, acidos combibit, ebullitionem sanguinis compescit & redendo abstersivam ȝream mucilaginem expellit, qvæ omni Morbi, præsertim Chronicæ Tempore præmisis præmittendis & interventientibus cordialibus confortantibus summo cum sanitatis emolumento & ægrorum euphoriam exhiberi potest. Qvod crudâ etiam adhuc Materiâ conveneriat, qvia Humores crudos concoqvat, illosqve à Massa sanguinea separat, & per expellat. Hinc etiam post hujus Tincturæ Usum, in febribus tam continuis, qvam intermittentibus urinam crudam magis fieri coctam, calorem febrilem aliaqve symptoma remittere.

CAPUT

CAPUT V.

De

Fine, Scopo & Effectu seu Usu Tin-
eturæ Bezoardicæ in genere & in specie
per Morbos triplicis Ventris & ar-
tuum.

Si velimus Vires & Facultates *Tincturæ noſtrae bezoardicæ* juxta ſeriem ingredi-
entium ſupra poſitorum ponderare, ut ſo-
lent ſæpe Medici Practici etiam fatis cele-
bres, ſæpius tamen Circumforanei, qui
ſingulas vires Mixto coniunctim adſcri-
bunt, qvas ſingula Illius Mixti ingredien-
tia diſjunctim & ſeorsim obtinent, qvam-
vis vel qvarta pars grani aut guttulæ ſin-
gulorum ingredientium ſingulis do-
ſibus contriбуatur: ſi, inqnam, hōc
modō & digitis qvaſi computare ve-
limus, Panacea emerget à nullo Phar-
maco ſuperabilis. Si enim evolvantur vi-
res & Qualitates omnium *Tincturæ be-
zoardicæ* ingredientium, qvæ Ordo Pro-
cessuum ſiſtit, in Libris Pharmaceuticis,
non futurus eſſet Morbus tam rebellis,
qvem *Tinctura noſtra* haud edomare
poſit.

posit. Quemadmodum verò hæc Virium In Compositis curiosa nimis penitatio nec in Ratione, nec in Experientia fundamentum ullum habet, siqvidem ut Pharmacum aliquod rectè & efficaciter operari posse, certa & sufficiens ubiqve dosis reqviritur, negari tamen non potest Tincturæ nostræ bezoardicæ Vires esse egregias, eamque Panaceæ minoris titulō jure insigniri posse uti Testimonium prohibebunt ii, qvibus vires & qualitates ingredientium in ultimo & genuinō processu infra citatorum perspectæ satis sunt, qvæ vi unitâ & symbolicâ agunt. vide Excell. Schrök. Pharmacap. Augustan. restitut. p. 41. & 162. Has ut in genere primū declarém, adducam vires, qvas ipsissimus Tincturæ Auctor D. Joh. Michaëlis & ipsius fidelis Hyperaspistes D. D. Frid. Hofmannus in MSC. eidem adsignarunt, reservatā tamen mihi in subsequentes paginas modestâ Epicrisi; Verba ipsorum in lingua patriâ hæc sunt:

Der Gebräuch dieser Bezoar-Tinctur ist nicht genug zu loben/ fast in allen Krankheiten/ und insonderheit in Fiebern / sowohl die umwechseln / als die immer fort währten/ kan ich de-

F ryp svun-

so wunderbare Wirkung nicht gnugsam her-
 aus streichen / so bald einem ein Fieber anstös-
 set / und man also bald von derselben 30. oder 40.
 Tropfen einnimmt im Biere oder einem andern
 liqvore , schwizet darauff ein Stündlein / so
 wird das Fieber leichtlich nicht weit mehr kom-
 men können. Und ob auch schon das Fieber ver-
 handen wäre / und einem der Paroxysmus an-
 stiesse / was ist sicherer und heilsamer / denn diese
 Zinctur / nach einer gewissen Dosi eingegessen ?
 „ Ja im anfange bey allen Krankheiten / da mä
 „ noch nicht weiss / was es vor einer Krankheit wil
 „ werden / ist diese Bezoar-Zinctur sicher zuge-
 brauchen / bis die Natur der Krankheit offen-
 bahr werde. Doch ist zu merken / wenn böse higi-
 ge Fieber verhanden / und die Hitze des Geblüts
 überaus groß ist / so ist diese Bezoar-Zinctur auch
 gut / wenn aber die malignität / oder der Gifft
 viel größer wäre / so ist diese Bezoar-Zinctur
 gut / die da mit dem spir. ♂ volatili , oder
 * salso ohne dem spir. ♂ li vol. gemacht ist.

*Dn. D. Frid. Hofmanni bac Verba sunt
ex MSC.*

Diese Bezoar-Zinctur cum spir. ♂ li & ♀
 Kan in allen Krankheiten qvocunq' nomi-
 mine gebraucht werden / daher / wenn einem
 Men-

Menschen etwas anstößet/ es sey ein Fieber oder
andere Beschwerunge / da man nicht im an-
fange wissen kan / was daraus werden wird /
sollen alsbald 30. 40. 50. bis 60. Tropfen in
einem Trunck Wein oder Biere behgebracht /
und darauf geschwizet werden. In specie aber
dienet dieses Medicament so wohl contra Fe-
bres continuas , qvām intermitentes ,
wenn große Hize dabeypüret wird/ In Con-
tinuis giebt man sie Morgens und Mittags
um 3. uhr bey 30. bis 40. Tropfen/ läßt den Pa-
tienten des Morgens darauf schwizzen i. Stun-
de / Nachmittage aber nicht. In Febribus in-
termittentibus aber giebet man 50. oder 60.
Tropfen in Vermuth-Weine/ wenn der Pa-
rooxysmus ankommen wil mit Frieren/ i. Stun-
de drauf geschwizet. Itemqve alibi. So bald
sich bey einem Patienten Hize ereignet / oder
Frost / daß man noch nicht weiß / was für
ein Fieber werden wil / gibt man alsbald
demselben D. Michels Hexoar-Tinctur / cum
spir. vitrioli & Tartari bereitet in einem
Trunck Biere. Qvæ omnia elogia, an $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$
vera sint & in Praxi saniori locum habe-
ant, infra discutiemus.

Idem Opere de Meth. med. p. II. In Fe-
bribus , qvalecunqve fuerint, recte ab

F 2

initio

initio θia antifebrilia, Bezoardicum ^{et}le
ctiale aut ore, item Tinctura bezoardica
exhiberi possunt, & pro confortatione of-
ferri Magisterium perlarum, Eboris, li-
qvor perlarum, corallorum.

Idem Meth. med. præf. ad Lector.

Tinctura bezoardica cum spir. ♂ & ♀
summæ est efficaciæ in omnibus ferè affe-
ctibus tutissimè adhibenda, tam boni
qvam mali moris. Et qvas virtutes Mixtu-
ræ simplici Parac. l. c. p. 143. 144. adscri-
bit, meliori jure, juxta propriam confes-
sionem de Tincturâ bezoardica intelligi
possunt. Verba ipsius hæc sunt:

Ex Glo paratur spir. volatilis striatus
super alembicum in formâ striarum ad-
scendens. Hunc spiritum, ut vires acquirat
majores, Paracelsus exaltandum docet
per spir. ♀ optimè rectificatum & Essen-
tiam Theriacalem camphoratum. His
subjicit: Ex eodem penu deprompta est
Tinctura Bezoardica D. D. Job. Michaëlis, tūm
absqve spir. Oli, tūm cum eōdem parata.
De Tincturâ tamen hāc maximè obser-
vandum, si in Febribus ardentibus mali-
gnis sit exhibenda, ut probè notemus, u-
trum Ebullitio febrilis seu calor præva-
leat

leat, an vero Malignitas? Si calor febrilis excedit, Tincturam bezoardicam, qvam ingreditur spir. vitrioli volatilis, propinare decet in convenienti vehiculo, si autem malignitas prævalet, illam cum spir. Tartari volat. paratam absqve spir. vitrioli ægro porrigamus. Hinc in omnibus illis affectibus, qvibus Mixtura simplex conductit, Tinctura nostra bezoardica omnino locum habet. Pertinent huc, qvæ supra ex Amplissimi D. Dan. Ludovici Pharm. p. 262. 263. adducta sunt de usu hujus Tincturæ, qvatenus omnia Elixiria antipestentialia superat. Itemqve qvæ spiritui Theriacali vulgo assignantur virtutes, latent qvoqve in Tincturâ nostra, Bezoardicâ.

Idem in clave pharmac. Schröd. p. 107.
Thes. pharin.

Hujus *Tinctura bezoardica* Usus non satis est deprædicandus. In omni fere Morborum genere, & in primis in Febribus tam intermittentibus, qvam continuis mirificos ejus non satis possum laudare effectus. Imò in omnis affectus initio, ubi jam de ejus Naturâ & Ideâ nondum satis constat, tutus bujus usus est, usq; dum Morbi Natura ex

certis signis diagnosticis innoteſcat. Notandum tamen est, hanc Tincturam optimè conferre in Febribus, ubi calor febrilis excedit, si autem Malignitas potior fuerit, non adeò excedente febrili calore, Essentia Theriacali addi debet Aqvila nostra albifirma (hujus nomine procul dubio venit spiritus aliquis volatilis salix ut falsis armoniaci &c.) exclusis spiritu Tartari & vitrioli cum camphorâ, præstantissimum hoc est remedium à putredine mafſam sangvineam vendicans fermenta acida extingvit, Epilepsiæ, Apoplexiæ, Affectioni seu Suffocationi Hypochondriacæ medetur. In Peste & omnibus Febribus tam continuis, quam intermittentiibus par non reperitur remedium. Dosis est gutt. XX. XXX. XL. L. vel ultra. Ut ita incomparabile effet Medicamentum Tinctura bezoardica, si DEUS & Natura semper ad Formulam respondere vellat.

Excell. Arrianinus, candidus & Ingenuus VIR, & Practicus ~~xactus~~. In doctissimo qvodam Schediasmate MSC. mecum communicato de Tinctura bezoardica, hæc habet verba: VIRES
Tint-

Tincturæ bezoardicæ Nomen indicat.
Dum enim dicitur Bezoardica, in Gene-
re cōducit omnibus Affectionib⁹, & Morbis,
qui dicuntur Maligni, v. g. Pestis, Febribus
pestilentibus, Petechialibus, Variolis &
Morbillis. Sudorem movet, aperit obstru-
ctiones, Flatus & urinam pellit, Cor con-
fortat, Putredini resistit, Hystericis me-
detur, sanguinem purificat egregie. Con-
tra Ictus & Morsus animalium Venenatorum
optimam est alexipharmacum.

In specie Morbos & symptomata nunc
percurram, qvibus Tinctura bezoardica
suum operæ est gratiosi auxilii confert.
Διαβάσο πρέπει.

I. In Febribus continuis malignis soli-
tariis ac comitatis, Verba sunt Medici cu-
jusdam celeberrimi in literis ad me datis,
gebe ich solche meistens zu erst/ allein / oder so sie
alles revomiren mit der Tinctura anodyna
(ex Opio cum spir. vini & vitrioli;) gutt.
vi. viij. verset / so bleibt hernach alles / repe-
to etiam, si ē re esse videatur, nec sudor
adeo consecutus. Ist eine allzustärke Di-
arrhæa da ~~an~~ mit reissen / thue ich auch etwas
von der Tinct. anod. dazu. Hernach die folgen-
den 2, oder 3. Nächte gebe ich einen Pulverem

alexipharmacū præcipitanterem oder pleuriticū , scil. pro ratione affectus. Ins Eringen spir. Θis volatiliore ē muriā vel vitrioli philosophicum. Ist circa 7. 9. 11. nō thig repeto ; sed minutiori dosi 30. bis 40. Tropfen. In Ungaricis, cum delirant, anodynā tunc non adjicio , nec ante 14. diem, qvia sunt funesta, geben einen guten Schlaff/ des andern Tages aber eine Beförderung zu Dem ewigen. Wechsle dabei mit dem Pulvere alexipharmaco und Corall. r. vel ocul. 69. cum & sine cinnab. ungar. nativ. iunt pro re nata , und also habe ich auch in Febribus pestilentialibus cum vibicibus, bubo- nibus carbunculisqve feliciter procediret. Vor extremā peste hat mich Gott bisher in der Praxi bewahret/ würde es aber doch anders nicht halten. Robur naturæ hic pri- mū, secundum ac tertium est : & eō evadunt. Ceu divinā Juvante gratiā Ego anno 1635. bis tantū Theriacā hauriens Malo tamen in grandes 2. carbunculos soluto, evasi, dum alii teneriores animo & corpore sive Tincturam hanc, Orem & qvicquid est Bezoardici in cassum bibunt. Et alibi : In continuis cum symptomati- bus , vomitibus , aut Diarrhæis , si anody- ni

ni particulâ sociata detur, Archæus irritatus sedatur, ut reliqua Remedia facilius amplectatur; Alia verò ratio est Motuum Criticorum, dum symptomatici, materia nondum secretâ, nil, aut parum, si forsan à Causâ externa fuerint, levant. Hæc celeberrimus ille Vir & ad tempora Morborum acutissimus Practicus.

His paria sunt, qvæ de legitimo Mixtū ræ simplicis usu in Febris continuis & malignis habet Excellentissimus Ludovicus Gothanus Pharm.mod. seculo appl. p. 283. seqq. Cujus verba in Appendix de Misturâ simplici in medium adducta huc trahenda sunt & repetenda, tanquam lectu & observatu dignissima, qvia Therapiam Febrium continuarum malignarum succinctam, & accuratissimam si- stunt, & Tincturæ bezoardicæ eodem modō & respectu applicari possunt, qvæ de Misturâ simplici ibi proferuntur. Anno proxime elapsio Febres (in Genere suo) malignæ hîc locorum gliscere cœperunt, & penes Multos suam exercebant Tyrannidem; Qvarum Miasmati maligno Volatili viscido, præter alia, conjuncta erat Pituita tam viscida, ut Pulmones,

F; Fauces

Fauces & Poros Cutis, & hos qvidem post sudorem, ob sideret, ob lineret que instar Glutinis; ita ut h̄ic abrādi à cute, illīc verò violentā quasi Manu extrahi, & perpetuis Gargarismatis Incidentibus diminui necessum fuerit. Hinc etiam medio-cris Calor præter naturalis frigore leni alternatim mixtus, Torpor, dormiendi cupido, dolor gravatus in lumbis, scapulis & pectori, respiratio difficilis has Febres comitabatur. His Febris egregie profuit Tinctura mea bezoardica, quæ semper & omni fere Morbi tempore cum Euphoriam sumta est; Ubi verò Calor nativus pro diversitate Temperamentorum, Ætatis, sexūs debilior fuerit, & coagulatio ac condensatio hujus Pituitæ sanguinisve fortior, & celerior, ut nec Medicamentis hisce balsamico-spirituosis attenuari, nec Ignis vitalis Viscidioris Humoris compedibus liberari & avelli potuerit, mortui sunt Ægri ex suffocatione, In primis cum Principiis Morbi non statim obviam itum, & Condensatio nimia primo Impetu lenita fuerit. Spectant h̄ic, quæ Geleberrimus deleBoe Sylvius in Idea nova Praxeos Med. docte moneret:

Pitui-

Pituita, inquit, viscido-acida multum sæpe ægris negotii facescit. Etenim copia nimia Descendentis sangvini juncta continuam, & vitalem sangvinis Effervescentiam in dextro Cordis ventriculo lædit. Pituitam hanc condensatam ac coagulatam solvit, incidit, attenuat, Ignem vitalem in Corde ventilat, ægrumque quasi è Mortis Faucibus eripit olei aromatici vel balsami vitae tantillum, cuius in tali casu vires stupendæ haud ignotæ sunt Chemicæ Artis peritis, æqvæ atque Praxeos medicæ gnaris. Et alibi d.l. sangvinis Coagulatio ac Concretio valida & subitanea, pro Incurabili habenda, quæ autem paulatim evenit, sensim augetur, curabitur Medicamentis aciditatem acriorem frangentibus, temperantibusque, adeoque tum spiruosis, tum oleosis, tum præsertim sale lixivo præditis, quamvis Homini conducti in primis via volatilia oleosa, quippe quæ dictis omnibus constant, nec tantum celerrime quaquamversum in Corpore transfunduntur, verum satis potenter, blandè licet, desideratam efficiunt perficiuntque Acidi acrioris emendationem, si conveniente Liqvore diluantur, sanguis usurpentur.

II. III.

II. In Febre qvotidianâ continuâ post evacuationem primarum viarum , præparationem & concoctionem seu alterationem Humoris pituitosi , itemqve ipsius aliqualem educationem , & immunitam sic materiam peccantem , ad Diaphoresin descendit . D. Timæus à Güldenkee , qvâ Mixturâ simplici promovet , *in cuius locum surrogari potest efficacior Tinctura nostra bezardica* Vide Cas. med. 8. de Febr. L. 8.

III. In Variolis & Morbillis , eorumqve principiô ubi non tam Ebullitio sedanda , & calor sopiendus , qvam malignitas expellenda est , in succo cordiali refrigerante , ut cydon. citri &c. in primis spir. * particula exaltata suam præstat operam . Curatio enim Variolarum & Morbillorum in eō consistit , ut statim in principio adhibeamus ea , qvæ expellunt , malignitati unâ resistunt , eamqve à corde amovent ; ubi hoc factum est , Humorum ebullitio sedari debet iis medicamentis , qvæ nullam caliditatem Partibus principalibus accersunt , sed qvæ roborant ; alias qvando in principio magis solliciti sumus de Humorum ebullitione sedandâ , & sopiando calore , qvam malignitate expellenda , idem

idem nobis continget, qvod iis, qui magis
impluvio tollendo, qvam Tectis resarcen-
dis suam navant operam. Malignita-
tem verò id generis nil æqvè expellit, ac
Tinctura nostra bezoardica, cuius calidio-
rem qvalitatem hīc temperant succi vege-
tabiles aciduli, ut citri cydoniorum ribi-
um, berberum, qui vehiculi locō esse que-
unt, non neglectis tamen Pulveribus be-
zoardicis præcipitantibus & insipidis cer-
vinis, cinnabarinis & aliis convenienti-
bus. Huc pertinent, qvæ inter alia habet
Excell. D. Ludovic. in literis 8. Martii 1677.
ad me datis. Tinctura bezoardica præstan-
tissima est in Variolis, & Morbillis, præ-
cipue Malignis, wenn sie nun rücken / oder
nicht recht fort wollen / oder thun / als wölfen
sie wieder einschlagen. Item bey der Declina-
tion, da oft wieder neue Febriles Ebullitio-
nes kommen wollen. Sola exhibetur, vel in
Inquietudine Complicata, cum pauxillo
anodynæ Tincturæ tunc exaltatur. Hoc
modo, etiam ante hoc monitum, in mea
Praxi adhibita, multoties egregiè profuit.

IV. In Febribus Intermittentibus sim-
plici & duplici, Tertiana, Antipyreta-
fangvinem vel exagitando Fermentum
febri-

febrile præcipitant, & sic paroxysmū febri-
lem impediunt, ex qvorum censu etiam
est Tinctura bezoardica, scribit D. Frid.
Hofm. Meth. med. p. 369. & p. 371. l. c.

Legitimas Tertianas 7. circuitibus ad
summum judicari Hipp. aph. 69. iv. tra-
dedit. Non desunt tamen specifica, qvā
unā vel alterā dosi hunc Morbum radica-
liter tollunt; Ex horum censu *creberrimo*
usu & *experienciā* probata est Tinctura be-
zoardica D. Mich. tūm acida, tūm falsa.

Et p. 372. l. c.

Catharina Eichlerin Ducalis Ministræ
per plures septimanæ Tertianâ conflicta-
ta, post varia remedia frustra adsumta,
tandem unica saltem Tincturæ bezoardicæ
D. Mich. dosi imminentे paroxysmo
exhibita, Dei beneficio fuit restituta.

In Tertiana Intermittente scorbutica
cum Effere complicata ante paroxysmū
vel imminentē accessione febrili Tinctu-
ra bezoardica D. Michaëlis cum spiritu
Cochleariæ mixta semper adhibita est à D.
Frid. Hofm. V. MSC. & Meth. med. p.

372.

In Tertiana intermittente scorbuticā
cum JCterō complicata extra paroxy-
sīnum

ſinum, mane & à meridie Tincturā bezoardicam D. Mich ad gutt. 40. In 6. Cochl. brodii calidi cum aliquot guttis ~ Cochl. propinavit D. Frid. Hofm. manē semper injunctō sudore. Vide Historiam Morbi l. c. p. 373. Ibidem in Febre Tertianā intermittente cum Ictero extra paroxysmum Tincturam bez. cum extracto Cent. min. adhibita est ab Hofm. p. 373. Vide Historiam Morbi. Et alibi p. 113. In Febre Tertiana Intermittente extra paroxysmum manē, à meridie & vesperi gutt. 30. 40. paroxysmō autem immittente 50. usq; ad 60. In vino absint, adhibita fuit, qvādo cum rigore accedit paroxysmus, cum fine rigore, horrore vel frigore, in cerevisia frigida. MSC. Qvando cum spir. armoniacali & anodyno sociatur, In Quarantā Paroxysmum nonnunquam tollit & una Febrem.

V. In Epilepsia Idiopathicā inveterata raro mali radicem extirpat: insubitanā præsertim verò consensuali ab inferioribus non sine euphoria sumitur sive spir. sive * potius spiritu confecta fuerit, ut pote qvæ urinosa volatilitati potissimum defet effectum, anodyna tamen non in-

com-

commodè interponuntur nihilominus,
aut associantur.

V I. In Apoplexiâ & Paralyfi, in qvi-
bus aliâs spir. Theriacalis commendatur,
ejus usus commodus, & Tinctoræ cepha-
licæ par est. De qvâ etiam D. Frid. Hofm.
Meth. med. His omnibus, inquit, (ante-
positis specificis antaplecticis) Tinctora
etiam bezoardica D. Michaëlis annu-
merari potest, si cum vis convenientibus
apoplecticis mixta exhibeat, & sudor
provocetur, attenuat enim pittuitam, ner-
vos obstruentem, calefacit, discutit, qvam-
vis sine vis apoplecticis propinetur.

VII. In Paralyfi lingvæ supplet Effen-
tiā Castorei cum sp. vini; qvæ hīc ab
aliis commendatur.

I I X. In Palpitatione cordis à variis
causis utilissima est. Non possum hīc præ-
terire laudem & efficaciam hujus Tin-
ctoræ bezoardicæ, qvam ipse ego sensi
palpitationem cordis & alia funesta sym-
ptomata olim sustinens. Anno 1671. præ-
paravi & diaphoreticum, inqve hujus de-
tonatione totū ferè diem consumsi, cumq;
aēr admodum turbulentus & incertus ef-
set, & cœlum pluvium; Fixationem anti-
monij

antimonii non in aëre pervio , sed came-
râ qvâdam obscurâ , vento tamen prævia
Fenestrarum aperturâ , ubique exposi-
ta tentavi; subtraxi me qvoqve simul
ac unum vel alterum Cochlear Mixturæ
antimonialis Crucibulo injeci , os & nares
una linteo obduxì : Etsi verò omnem la-
pidem movebam , ut ab inspiratione va-
porum antimonialium liber essem , fieri
tamen omni meâ cautione & curâ non
potuit , qvin sulphuris antimonii atomos
penè multis attraherem . Hinc circa ve-
speram hora 5. Cor cœpit palpitare , ac si
costas perrumpere velit , cum nausea in-
genti & respiratione per qvam difficiili
adeò , ut leniter , & qvasi clandestinô co-
natu auram ducere cogerer . Qvam pri-
mùm enim paulò liberius spiritum trahe-
re annitebar , recrudeſcebat inanis pruri-
go vomendi & tussiendi , videbarqve in
mera fbris accensi fuligine verſari . Palle-
bat facies , dolor capitis oboriebatur & ar-
tus tremebant . Ego , qvi aliis boni reme-
dii toties dux & auctor fui , ipse ferè in fe-
stina illa symptomatum meorum syndro-
me consilii ignarus , qvid agam nescio . In
mediis verò dubiarum cogitationum flu-

G

ctibus

& tibus divinâ qvafsi inspiratione Tinctorâ
meâ bezoardicam ex propriâ officinula
pharmaceuticâ afferrijubeo, cuius statim,
neglectô vehiculô, assumo Cochlear unū,
non sine spe extemporalis auxilii, super
bibo hauustum cerevisiæ prehanæ, & ad
sudorem me compono. Statim atq; Ignis
animalis ope resoluta & dissipata fuit Tin-
ctoria, evanescit nausea, dyspnœa, cordis
palpitatio, & artuum Tremor, sudore co-
piosô subseqvente. Qvô detersô surgo ê
Grabato, & post levem obambulationem
Cœnâ philosophicâ utor; Demum grati-
tias ago divino Numinis pro accelerata Eu-
phoria, lectumq;ve repeto. Spe recupera-
tæ sanitatis profundâ sepultus somnô dor-
mio usq;ve ad horam post noctis meridi-
em secundam. Circa hujus horæ decre-
mentum eadem & eodem impetu Sym-
ptomata me invadunt. Ego non festino
lentè ad pristinum meum Æsculapium,
& assumo eâdem dosi Tinctoriam bezoar-
dicam, qvâ energiam suam per sudorem
copiosum exerente pristina Euphoria se-
qvitur, & abolitio omnium symptomati-
cum, nec unquam eorum insultum denuò
passus sum. Ab eô tempore impensiùs fa-
vebam

vebam Tinctoræ meæ bezoardicæ, & im-
 posterum cautiùs mercari circa Præpara-
 ta antimonialia, & pescator Ictus sapere
 decrevi, qvi mihi ipſi indignabar, qvod an-
 tè Fumum antimonialem parvi pende-
 rem, qvamvis in ſe non fit venenum, uti
 Clyffus antimonii monſtrat; nimiā tamen
 copia attractus pariterac ♀ vegetabile co-
 piosum ex herbis &c. Combustis attra-
 ctum suffocationem, palpitationem & a-
 lia plura robori vitali & animali infesta-
 symptomata inferre potest, qvod etiam
 monet Excell. D. Ludov. de hoc Sulphurē
 antimonii in literis ad me datis 31. Aug.
 1672. ut autem ab Antimonio, inquit, nil
 mali fecedit, nam Clyffus est, si colligatur
 & Florum polychrestorum aliquantil-
 lum, ita boni nil disperditur &c. qvod ante
 Eum observavit quoqve Angelus Sala,
 candidus ille Chemiater, Oper. Medicoc-
 chym. anatomia Antimonii p. 303. seqq. &
 integrō capite ſententiam ſuam ſtabilit
 rationibus ſat firmis; Aliter ſentit Excell.
 Conringius Med. Herm. L. II. cap. IIII. p.
 203. Dum his antimonii Telis oppugnor,
 verum eſſe in meipſo ſenſi, qvod Para-
 celsus c. 3. Tract. 3. l. 1. de Morb. qvibus obno-

G. 2.

xii.

r̄ha bet; *xii sunt ii, q̄vi in fodinis minorisve operantur,*
loquens de documento diversarum mar-
calitarum; Spiritus, inquit, aut vapor anti-
ntonii potest inferre iis, q̄vi illud liqefac-
ciunt sequentia symptomata, nempe Tu-
sſim ficcām, punctiones laterum, dolorem capi-
tis, constipationem ventris, Apostemata Lienis,
ad usutionem sanguinis, pruriginem, scabiem,
consumptionem corporis, Iteritiam & similia
prava symptomata. His addit rationem
Angelus Sala, p. 303. Oper. chem. non
qvod Antimonium corpus sit venenosum
& directè malignum, sed q̄via nimis ma-
gna copia attrahitur, & id agit, qvod alia
compositorum p̄ra benigna, nimiā quan-
titate excepta, qvod probat spiritus Θ & ♀.
fumō, imo & dulcium & gratisimarum
rerum exustione & combustione, hāc
enim ratione attracta & varia accidentia
cerebro afflare possunt, & corpori nostro
noxam afferre. V. Ibil. c.

Deinde memoriam subiit Venenorū
 ea præparatio pontificia, qvā efficiunt ut
 Venena aliquot demum annis elapsis vim
 suam exerant deleteriam neq̄ve prius spi-
 ritibus, mole licet suā, negotium faces-
 sant. De qvā vide **Ḡokelium Tractat.** De
 Vene-

Venenis: & Salmuth exemplum notabile narrat de Sponso coëunte: Ipse enim nondum capio, ubi delituerit $\frac{1}{2}$ illud $\frac{1}{2}$ le, ut tot horarum spatiō sopitum vires de novo sumeret, & spiritibus vitalibus post primam Gas illius $\frac{1}{2}$ his debellationem adeo tranquillis, molestiam denū crearet. Facit huc qvod Willisushabet de Cortice Peruviana, cuius tanquam optimæ Qvartanæ fermentationis antidoti Usu, febrilis quidem paroxysmus protelatur s̄epius, non tamen prorsus extinguitur sed post breve vel longum tempus constanter reddit. Hujus rationem vide p. 155. 156. de Febribus. Qvomodo alias Antimonii Malignitas, sic putat Sennertus, sive vaporetenus in minus cauta Antimonii præparatione, sive cum tñ corpulentia hausta, præcaveri & curari, expelliqve iterum debeat, V. Senn. L. Prax. p. 265. cap. V. de Antimonio, ubi præter Theriacam, Zedoarium, caryophyllos, allium, Cortices citri, aurantiorum, CC. mastichen, ex Laur. Jouberto de Peste valdē commendat Bolum armen. qvō Joubertus 4. Chirurgiæ studiosis, stibii cathartici præparatiōni non satis caute incubentibus &

G 3. ipsius

ipsius aurâ venenatâ penè suffocatis, præsentaneam operam tulit singulis scrupulos iij exhibendo. Nostra vero Tinctura, bezoardica, in qua Vis Theriacalis fortius unita est, omnem etiam bolum, quinque aurum & argentum h. l. superat, certiorum promittit opem.

IX. In Spasmo commendatur alias Eſtentia ex Theriacâ cum spir. vini extracta, & ~ Oli phil. mixta, Castorei item eſtentia, qvarum virtus efficacior in Tincturâ nostra bez. deprehenditur.

X. In catarrhis à qvacunqve ferè cœfa ortis, efficax satis & ſæpius sumta, materiam viſcidam attenuat, acrem & tenuem diſcutit. &c.

XI. In Hæmoptysi grumi ſangvinis diſolvendi principiō, ſcribit Hofm. meth. M. p. 311. ne glutinatio impediatur, qvod fieri potest Oxycratō tepidō bis vel ter, una die ad 3iii. vel 1v. ſumto; ſit autem ita miſtum, ut potuſit jucundum, ne obtufiſim copioſius excitet. Si hiſce nihil efficitur ad fortiora veniendum, Coagulum leporis, hædi, ocul. 69. ſpermā ceti, & diaph. Tincturam bezoardicām D. Job. Mich.

XII. In Pleuritide & Pleuripneumonia
Mi-

Mixtura simplex ab Experientissimo Ludovico Gothano vocatur *elegans Ruptori-um*. Tinctoria vero bezoardica certo respe-ctu Mixturam efficaciam superat. Proinde meliori & strictiori jure Nomine Elegan-tis Ruptorii insignitur. Hinc quoque a D. D. Hofmanno Meth. med. p. 209. inter-Antipleuripneumonica specifica nume-ratur. Et Ludov. Excell. literis ad me da-tis: In Pleuritide, inquit, solitariam ple-rumque sputum tinctorum ~~tinctorum~~ seque-tur, prosequendo malum pulvere pleuri-tico vel oculis cancer. usque ad 7. ubi de-mum opiate addere incipio.

XII!. In Dyspnœa à Scabie intropul-sa suum addit auxilii ~~Imbattov neq;~~, & superat Essentiam vel decoctum Helenii solitarium, qvod alias in hoc affectu ab hac causa commendatur, simulque Tinctori-um ingreditur. Dum hæc scribo die 3. Maij. Pulsat Puella Musei fores, & narrat, Soro-rem germanam duodecennem in summis Angustiis versari, Mortam ante Portam esse, Præter enim spem cœpisse pessimè habere; Nauseam, Lipothymiam, Ver-tiginem, anxietatem cordis & alia funesta ferè symptomatatorqvare Corpusculum,

G 4 palle-

pallere Ægram , nec Pedes , nec Manus facere officium , Lectumque Eam petuisse . Ego vero : Unde haec tam subitanea Metamorphosis ? Illa Matrem , nunciat forniculæ Caput , qvod per multos annos humida qvædam Scabies , Meliceridis aut Ichorum & Laetuminis ad instar obtexerat qvafsi , ulterioris laboris , & foetoris tædenterem , oleo amygd. d. & aliis Pinguisbus , Repellentibusve , Vulgo Duce & Autore , oblevisse , cujus Ope Meliceris illa exaruisset , jam verò sinistram Manum tenuem illum ex parte , & crassum mordacemque fūm obsedisse . Hinc forte illæ Lacrymæ ! & verè qvidem . Proinde , ut Cor & reliqua Viscera In illo Humoris peccantis retrorpulsi periculoſo motu , labore & pernicie ipſis imminentे careant , statim præbeo Tineturam meam bezoardicam cum spiritu vol . * falso param , bis sumendam , & sudorem elicio ; qvō copiosius erumpente , evanescunt symptomata . Die 5. Maij Puella ægra me accedit , & nil nisi Euphoriam loquitur , meum ulterius auxilium Implorans & flagitans .

XIV. In singultu . De qvō D. Hofm.
Meth.

Meth. med. p. 321. singultus in Febribus nonnunquam seqvitur intemperatum. Refrigerantium usum Julapiorum, secundum Lemnium, referente Schenckio, tunc convenit Tinctura bezoardica; item p. 322. In singultu à Febribus malignis convenit Tinctura bezoardica cum extracto Laudani opati.

X V. In Nausea & vomitu ab obstruzione, vel venenata qualitate, Tinctura bezoardica omnem facit paginam, ob ingredientia aperitiva & alexipharmacæ & vim spir. Oli & ♀. vel *. & Opii incidentem, abstergentem & anodynæ.

X VI. In Anorexiâ & Bradypepsiâ à causâ frigidâ, quando calor Ventriculi debilis est, nec non fermentum bilis, succus pancreaticus, & humor ventriculi fermentalis degenerant, non inutilem præstat operam, ob acidum, amarum, alcalicum, quod inest Tincturæ, & fermenta Viscerum acida lixivâ & amara conformat, viscidum incidit, frigidum calefacit, & ita chylificationem promovet, In primis si cum Elixir Proprietatis Ofo, & vae apoplecticæ tantillo societur, egregium tunc habebis medicamentum.

XVII. In Vermibus, ubi cunqve ferè hospitentur, præsens potest esse remedium continuatus hujus Tincturæ usus ob zedoariam, spiratum Oli, ♀ viperarum spir. vini Myrrham Crocum, qvorum nonnulla alias constituunt Elixir Propr. Paracelsi, qvod est egregium antelminticum. Nihil, inquit, Hofm. Meth. med. p. 325. Vino & spir. vini præstantius ad enecandos in corpore vermes, omnes enim Vinum aversantur, & fugiunt exantris Terræ vinô irrigatae. Convulsionibus quoque medetur Tinctura bezoardica & Tremoribus, insultibus qvasi epilepticis à Vermibus oriundis.

XVIII. In Colica passione post clysterem multi est auxilii, dum reliquias viscidi, frigidi, vel flatulenti humoris attenuat, calidi & acris attemperat & discutit, Humorum affluxum repellit, fudorem movet colicis post primas interdum vias expurgatas utilissimum, spir. Oli, Opium, Pulvis viperinus ♀ spir. & reliqua carminativa vires suas hic satis exercunt. Contra flatuum suppressionem scribit Hofm. Meth. med. p. 328. ex Cratone facit usus quotidianus Theriacæ ad mag-

gnitudinem Ciceris cum conservâ rosârum. Quantum verò hîc ferè superat Tinctoria bezoardica Electuarium Theriacale? Et Excell. D. Ludov. in literis ad me datis: In Torminibus colicis, inquit, modo alvus aperta fuerit, & hystericas eodem modo opiatorum accusâ dosi alterata, omne fert punctum Tinctoria bezoardica, subseqvis tamen Præcipitantibus. Vir qvidam sexagenarius non ultimæ sortis Curæ meæ nuper se committebat, qvijam diu passus est *Inflationem ventriculi periodicam*, admodum dolorificam, Cui circa Paroxysmi Initia præsentaneam opem fert seqvens Mistura: Rec. √ carfunculi, spiritus Menthae à ʒj. olei bacc. Junip. ʒβ. Tinctor. bezoard: cum spir. armoniacali volat. falso ʒij Essent. opii cum spir. vini ʒβ. M. pro ʒ. dosibus.

XIX. In Lienteriâ si contracta fuerit ex fungis & aliis fructibus horariis profundt alexipharmacâ & qvidem specifica, scribit Hofm. Meth. med. p. 330. & cum illo alii. Tinctoria verò bezoardica egregiè est alexipharmacâ & Viscerum confortativa.

XX. In Cæliaca, ortâ a Venarum lactearum

Etearum obstructione conveniunt Aperi-
entia, ut Tinctura ♀; Arcanum ♀ Tinctu-
ræ verò bezoardicæ qvāni egregia insunt
aperitiva, ut spir. ♂ Oli, qvā simul faculta-
tem retentricem & attractricem debilem
unā cum opio confortant, & calorem vi-
scerum concentrant vel colligunt.

XXI. In Diarrhæa. De qva Laz. Ri-
verius de febr. pestil. p. m. 144. Alvi Flu-
xum perniciosum, ex qvō æger ad interi-
tum ruere videbatur potentioribus dia-
phoreticis, magnâ dosi adhibitis quasi mo-
mento cohibitum fuisse, constat, qualia
sunt Bezoardicum æle, cum CC. ust. pp.
Theriaca Andromachi cum spir. Oli. His
geminam si non superiorem habet Facul-
tatem Tinctura bezoardica, spiritu Oli &
♀ largiori dosi exaltata. In Diarrhæis ita-
que invalescentibus non negligendus est
utus Tincturæ bezoardicæ.

XXII. In Dysenteria incomparabi-
lis existit Medicina. Hinc nota Verba ce-
drô digna D.D. Ludov. Pharm. mod. sec.
appl. p. 764. Qvod reliqvorum quidem
dysentericas in specie destinationes atti-
net, qvis non sub contractiori Praxi haëte-
nus nobiscum observavit Vulgaris per la-

xan-

xantia & clysterisationes ad stiptica interna & externa decurrentis Methodi, præfertim in epidemio malo vanitatem? Dulcoratorum majores è novâ qvâsi fermentatione Turbas, stipticorum vegetabilium & animalium frustrations, aut subseqvas, si fluxum interdum aliquantum sufflaminent, anxietates? etiam & vel Terra sigillata paratarum Tinctoriarum insufficientiam, acidorum spirituum non tam noxas qvâm nullitates. Emplastrorum similiusqve Topicorum actu hujd calidorum penetrantiorumve ineptias, Enematum, nisi nonnunqam demulcentium insufficientiam, Laxativorum Purgantiumve damna, & qvod prætensa intestinorum exulceratio dubio procul non tam causa qvâm productum. Morbi sit, qvodq ex adverso Totus hic Fluor longè felicius per alexipharmacum, si major fuerit malignitas, spirituosa calidiora resolventia, sin vero remissa, per Temperata simul invertentia seu absorbentia, succenturiatis postmodum vulgatis præcipitanibus, utrobiqve verò polychrestis opatia in mediocri dosi adjunctis curetur. Ille Ipse in litteris ad me datis 3. Julii 1676.

In

In Dysenteria maligna haben wir hier nichts beskers gehabt / aber allzeit mit anodynis versegzt. Ist gnug gewesen / wenn zum 1. oder 2. mahl ein Schweißlein folgen können / hernach allezeit über die andere Nacht mit dē præcipitantibus pulveribus anodyno conditis umgewechselt. *Adstringentia sola thum hier nichts.* e. g. Rad. Torm. Cruores siccii, & tialia. &c. Und hat man oftte gar mit den kleinen Pillen wieder Lust machen müssen / so diese Materiam furentein zu sehr hinterhalten. Da hat man gesehen / daß die Therapia dysenteriæ , von welcher von Anno 1634. bis hieher geschrieben und disputiret worden / den Stich nicht halten wollen.

Clysteres rarissimè , ad tenesnum extermosqve saltem dolores necessarii inventebatur, qvicqvad etiam de Talium deletu fuerit propositum. Sic quoqve Topica, nisi actualis calor aliquandiu mulceret. Ad rem facit, qvod habet D. Hofm. Meth. med. p. 169. Diarrhæa & Dysenteria, inquit, reqvirunt interdum sudorifera ad diversionem Humorum , & malignitatis imbibitæ expulsionem. Vidus Vidius de Curat. gener. c. 6. Sic Principissa illa, cuius mentionem facit Guielhelmus Fabricius

C.10*

c.10. de Dysenteria: cum post esum Fun-
gorum dysenteria aliisque symptomati-
bus tam graviter laboraret, ut in agone
versari videretur, sumtis lapidis Bezoar gr.
XL. in sudorem calidum incidit, & mox se-
cuto somno intra paucos dies sanitati fuit
restituta. Huc spectant, quae habet *χαρέ-*
στηρ D.D. Ludovicus in Literis ad me
datis 8. Martii 1677. cum prioribus meis
dubium ipsi movissem, quod Opiata eque
ac Martialia & alia stiptica fortiora si non
efficacius, Materiam furentem detineant.
Ipsiis verba sic habent: In Dysenteriis kan
ich hoch bezeugen / daß kein besser und nißli-
cher Medicament / als auf solche maße verse-
het. Nicht immer sondern anfangs. Et circa
Exacerbationes illas, ubi Precordia angustari
& Extrema aliquantum frigere (non sanè sine
periculo) incipiunt. Intercalaribus Die-
bns Invertentia vel Præcipitantia, & ab-
sorbentia Mucaginosis præcipue sociata
sufficiunt, sed noctu vix sine opio. Longè
verò aliter hoc agit, quam (quæ urges
& opponis V.E.) Martialia. Hæc adstrin-
gunt, imo forsitan inter Inversionem
suam novum Irritans quasi Θli cum si-
mul producunt. Illud incrassat, & simul de-
mul-

mulcet; Exemplum nobis dat Hyperca-
tharsis, qvædam qvæsi procurata Dysen-
teria, qvæ Martialibus vix aut raro cedit
solis, *Bezoardica* & *Tinctura cum anodyno exalta-*
ta statim. Ulcus autem esse in Intestinis
Malum illud, jam olim credere desii. Pro-
ductum saltem est, præsertim in Pericu-
losissima & lethali, æqvæ ac Vermes in-
fangvine, Pustulis &c. Excell. D. D. We-
pferus in promisso de Gula, Ventre, &
Intestinis Tractatu fusiùs ista deducet,
autopsia apertis non sine Viræ periculo
Dysentericis penitus hæc scrutatus. Huc
usq; doctissimus ille Vir. His propriam
Experientiam addo. Annô superiori præ-
cipite Mulier qvædam alias boni Habitûs
per 4. septimanas continuò fluxu dysen-
terico & dolorifico conflictata tandem,
meam implorat opem. Ego cum Vires
ipsius fatigere viderem, & omnia ad in-
teriorum vergere, Tincturam bezoardi-
cam probiter Opiatam exhibeo, unâ cum
aliis Præcipitantibus, abstensivis & con-
fortantibus. Nihil verò æqvæ, Ipsius Æ-
græ contestatione, amicum Naturæ tan-
tum non succumbenti fuit, ac *Tinctura*
bezoardica opiatæ. Cujus usu semper Na-
tura

tura furibunda sopita & tranqilla facta fuit. Cum verò ea esset Excandescientiae vel magnitudo vel consuetudo, ex pristinæ Ideæ morbificæ constantia, ut vel per 4. denuò septimanas Fluxus rediret & recrudesceret, toties tamen, præsentaneâ Euphoriam, integrum diem, noctemque integrum qvievit, quoties vel mediocri Dosi assumta fuit Tinctura bezoardica, cum, vel sine sudore, donec continuo hujus Usu ex isto cænō emerserit ægra, & sensim penitus per divini Numinis Gratiam revaluerit.

XXII. In Affectibus spleneticis cum, & sine Melancholiâ, cum sudorifera sit Tinctura, suâ non caret utilitate. D. Casp. Hofm. Aristarchus ille Altiorfinus, & Medicus ~~χαλκέντερος~~, de Usu Lienis c. 16. Dia phoreticorum, inquit, Usu in Lienis affectibus nihil convenientius est. In Melancholicis spleneticis crebri sunt sudores. In his enim Lien se exonerat & liberat à lixiviosis, salinis scoriis & Tartareis cruditatis bus, quarum proventus sœpè est maximus. Confer Hofm. Meth. med. p. 169. In Melancholiâ hereditaria spleneticâ periodica Privigni mei ætatis 13. annorum præ-

H

missô

missô Purgante & subseqvis convenientibus aperitivis egregiam semper operam præstat. Hoc modô autem Insultus ille Melancholicus ipsum invasit. 1. præcedit aliquot dies Torpor & quasi lethargus quidam, ut somnô non satiari possit Puer. 2. Deinde accedit Cephalalgia insignis. 3. appetitus planè prosternitur, ob sympathiam animæ & corporis, nec non fortè phantasiam; putat enim delictum capitale esse, cibô & potu reficere Naturam, neque vel micâ panis se dignum æstimat. 4. Torpor & lassitudo omnium Membrorum, quasi fustibus tractata essent. Membra, ita ut pedibus stare vix queat æger, sed nutare semper & vacillare. 5. Agrypnia tandem accedit. 6. Cum temptationibus spiritualibus, perpetuò conflitatur. 7. anxietas cordis ingens adest, 8. dolor pungitivus in sinistro & dextro latere. Itaque statim ac ingruit Paroxysmus, Purgante leni ex Gialappa & cryst. ♀educo Humorum melancholicorum & putridorum ingenti Vermium copia scatentium faburram, post aperitivis & taliibus, ♀reis, ♀libus & cinnabarinis pergo, emplastra & ungventa resolventia, & anodyna

dyna Splenetica applico, sudorem moveo
per Tincturam hanc bezoardicam, qvæ
syrupô rosarum & cinnamomi temperata
ad 3i assumta sudorem egregiè movet, an-
xietatem cordis depellit, phantasiam tri-
stem per aliquot horas demulcet, Humo-
rem melancholicum intus & extus in-
Musculosô habitu decumbentem resolvit,
somnum qvoqve conciliat. Ejus usum
sæpius repeto; Et enim ad 24. vel 20. dies
non raro paroxysmus hic melancholicus
ab initio extendebatur, & interdum sin-
gulô trimestri recurrebat, Nunc vero se-
ctio Venæ medianæ Paroxysmum abbre-
viat & intra octiduum solvit. Nuper qvo-
qve post secundam Venæ sectionem cona-
tus tantum paroxysmi invadebat Puerum,
Ipse verò Paroxysmus transibat, & mo-
mentariâ Vertigine ac prono in Terram
Lapsu finiebatur.

X X I V. In Scorbuto, medicamen-
tum est omni laude superius. Præsertim, si
Genus nervosum afficitur, ratione spiri-
tus ♀. &c. Et meliori jure ipsi competit
Elogium, qvod D. Hofm. Mixturæ sim-
plici supra attribuit: Non possum hic præ-
rerire Testimonium J C. celeberrimi cu-

H 2 jus-

jusdam Cachexiâ scorbutica à nitrofa col-
luviæ oriundâ laborantis , qvi instantे Par-
oxysmō cum anxietate cordis , Præfoca-
tione præcordiorum , artuum dolore &
tremore , dolore capitis , lipothymiâ &
agrypnîâ conjunctō ad Tincturam meam
bezoardicam tanqvam certissimum &
postremum Asylum sanitatis configuit ,
largamqve ipsius dosin assūmit . Ipsius
verba ex literis ad me datis excerpta sic
habent :

Hochgeehrter Herr Doctor. Demselben be-
richte / daß ich nach Gebrauch der Tinctur in ei-
nen ziemlichen Schweiß gefallen / und nun mehr
recht stark wieder bin. Gnugsam kan ich den
Zustand nicht beschreiben / wie wunderlich mir
gewesen / doch ist mir die Ohn-macht nicht wie-
der ankoennt / derowegen iß die Helfste der Tin-
tur aufgehoben. In Summa es muß ein
guldernes Kleinod in berührter Tinctur
stecken. Gott helfe ferner zu seines H. Nah-
mens Lob und Preis / und dem Herrn Doctori
zu sonderbahren Ruhm / und Nachklang. Wie
ich mich nun ferner bezeugen / und was ich ge-
brauchen sol / erwarte ich des H. Doct. Consili-
um. Ich fühlte es gar eigentlich / daß die Tin-
etur

ctur das Gebhute angriffse / und das Gebhute
fort wolte/ zumahl weil mich bis dato die Aldern
und Beine jucken/stelle alles zu &c.

X X V. In Arthritide vagâ scorbuticâ
mirandas vires exerit. Hinc D. Möllen-
broccius de Arthr. p. 83. scribit. Tinctura
bezoardica incomparabilis Medici D.
Michaëlis ~~in~~ omnibus antecellit jam cita-
tis Medicamentis antiarthriticis , in ex-
acerbatione & extra eam dari potest, in
Præservatione & Curatione.

X X VI. In Hydrope , præcipue Ana-
sarcâ ob spir. ~~ma~~ ♀. non nullius usus est.

X X VII. In suffocatione uteri, ob ca-
storum qvando additur , & Pulverem vi-
perinum , spir. ~~ma~~ ♀. Zedoarium , Opium,
præsens auxilium fert , ut qvæ omnia
disjunctim in strangulatione Uteri in-
usum trahuntur , sive à Flatibus sylvestri-
bus , qvos plurimi hodiè accusant , sive à
causis aliis demum oriatur ; Et cum oleo
succini qvoqve acui potest , subseqvis tan-
dem Præcipitantibus. In Epilepsia hyste-
rica cum Elix. uterin. Crollii commendat
Excell. Wedelius de Epileps. hyster. Di-
sput. 1676. habita , & præsentaneum Effe-
ctum se sensisse , affirmat, in Epilepsia hac

H 3

ab

ab hujusmodi Diaphoreticorum usu.

X X I X. In Suppressione Mensium à sangvine pituitoso, viscido & crassiori ob spir. **¶.** Zedoarium & reliqua incidentia suum conferet operæ ~~ðniðáðan ué-~~
~~gō.~~ Qvamvis noxam inferre posse qvispiam putare queat ob spir. m. **¶li**, de quo Henricus ab Heer. l. 1. obs. 1. p. m. 16. 17. Mensibus prodeuntibus ab acidulis & aliis acidis sexus foemineus abstineat, alias sequetur Cephalaea, Febris, delirium, ante eruptionem autem tutò iisdem uti licet. Nihil verò híc mali metuendum in, ante & post eruptionem mensium,

1. Qvia spir. **¶li** subtilior seu Ros mineralis subacidus ingrediens constituit, veræ & sanæ Tincturæ bezoardicæ.

2. Qvia spir. **¶li** hujus subtilioris **¶xii.** perit iij. spir. **¶.** ita temperatæ sunt, ut acor insitus qvamvis in se subtilissimus & svas in dulcedinem qvafsi qvendam mutatus sit, & reliqua incidentia, expellentia & qvafsi eminenagoga superent, qvicqvad contrà indicare híc videri possit. Itaqve tempore novilunii & plenilunii ante & post fluxum menstruum tutò usurpari potest. Imprimis si

3. Lo-

3. Loco spir. ♀.spir. * vel uterque hic spiritus alcalicus & urinosus spiritui Oli subtiliori & reliquo liqvoru alexipharmacum adiectus fuerit.

X X I X. In Dentitione infantum ab lactatorum vel lactentium adhuc (quando acor spir. Oli spiritu * fractus est) utilissima est, ob præcavendam Epilepsiam & sedationem dentalis Archæi furentis. Vehiculum potest esse v. Achorii, Syrup. Viol. Pap. rh. Hac Tincturâ insultus epilepticos à gravissimâ dentitione oriundos dilectissimæ Filie meæ b. Eleonora Sophia sæpius abegi, donec dentes d'heg'w^e quasi erumperent, & Epilepsiam cum aliis symptomatibus incurabilem planè inducerent, quæ filum vitæ abrumpebant, gmingivis post mortem continuis quasi Tuberculis ulcerosis scatentibus.

Tria adhuc monenda sunt & oculis subjicienda fidelibus, anteqvam colophonem huic Capiti addamus.

1. Regulas circa usum Tincturae bezoardicae quasdam dabimus, quarum sit

1. Sola sæpius non sufficit in curatione adductorum Morborum, sed cum aliis medicamentis commutari debet, pro ratione

tionē indicationū. Qvamvis enim interdum Morbum aliquem e. g. Febrem Tertianam intermittentē curaverit sola, uti supra ex Hofmanno constat, non tamen semper id facit & in omni individuo ac sanguinis variā in hāc febre diathesi; nec omni tempore hujus Febris. Ita quoque Febrem ardentem, Causum, Continuam malignam nunquam sola extingverē vel debet, sed aliis quoque Bezoardicis, Præcipitantibusve & aliis opus est, qvæ indicantur.

2. Ubi sudoris indicatio vera adeſt, ibi non facile erraveris, si Tinctoriam hanc tanquam *Diaphoreticum quoddam universale* adhibueris, qvales & quanti quoque fuerint. Humores persudorem dilutiendi, qvamvis etiam absq;e sudore subsequente, tantum ut *Aperitivum, Digestivum, & Attenuativum* polychrestum sumi posſit. Ubi vero sudore reverā opus est, satius est sudare, qvām sudorem negligere.

3. In Morbis calidōribus & æſtuantibus sine malignitate, parcīus adhibenda est, in frigidōribus vero largius. In calidioribus enim e. g. Causo, Phrenitide, Peripnevmoniā adauget causam mortificam, ita-

itaq; diluenda cum aliis scopo Inservientibus, si eâ opus est.

4. Obesis magis prodest, qvam qviterioris & gracilioris sunt Texturæ & biliosæ ac siccæ constitutionis, qvanvis moderata dosis & genuina indicatio hîc omnem noxam tollat, & à marasmo atqve Hecticâ Inducendis procul absit.

5. Qvibus sana sunt viscera, non facile ipsius circumspectus, qvamvis continuatior, usus nocet. Qvi verò ulcere Viscerum, ut pulmonum &c. laborant, aut plane eam vitent, aut parcissimè utantur.

6. Ubi cunqve Alexipharmacis opus est, & qvasi Antidotis, Tinctura bezoardica utramqve facit paginam. In omni fere Venenorū genere eorumqve reliquiis in massâ sanguineâ præsertim stabulantibus extirpandis, suam exeret vim alexitriam.

7. Non omni tempore morbi convenit, imprimis in curatione Febrium continuarum, sed potissimum in Principio &c. Vide supra usum legitimum hujus Tincturæ in Febre continua maligna. Nec in Intermittentibus e. g. Tertiana, statim suffocare paroxysmum hac Tinctura

Etura opita par est, sed post exantatos
demum aliquot paroxysmos, & bilem
putridam aliosve humores corruptos
evacuatos.

8. Nunquam sine Vehiculo satis dilata-
tante assumenda est. Non sine euphoria
& saporis ac odoris gratia in succis & sy-
rupis acidis cordialibus assumitur.

9. Tinctura bezoardica, si non ad ma-
num est extemporali Homogeneorum
mixturā confici potest. Qvamvis color &
consistentia, itemqve Gratia coloris, alia-
ve symbolice mixta prærogativam qvan-
dam Tincturæ nostræ concilient.

10. In omni ferè Impuritate sanguinis,
ubi fudore opus est, promptam præstat
operam.

11. Una vel altera dosis in Morbis, præ-
fertim pertinacibus & chronicis, non suffi-
cit, sed iteranda est saepius, & toties, quo-
ties reqvirit Affectus vel Natura vel Per-
tinacia i. e. causa vel tempus, Mos & con-
suetudo Morbi.

12. Prægnantibus cautè porrigenda est.

13. Infantibus lac maternum fugenti-
bus non facile est exhibenda, nisi ros Mi-
nera-

neralis acidus probé subactus fuerit per
Alcali volatile urinosum.

14. Dosis hujus Tincturæ interdum
minuenda , interdum augenda est , pro-
diversitate morbi , temporis morbi , ætatis ,
Temperamenti . In Præservatione augeri ,
in curatione verò minui potest , nisi Indi-
catio aliud requirat .

15. Primis viis à faburrâ humorum vi-
tiosorum expurgatis tutius sumitur , qvam
si ventriculus & Appensa vitiosis humori-
bus scateant . De qvibus supra cap . de Op-
posito & simili nonnulla adhuc paulò su-
ficius differentur .

16. Tinctura bezoardica è Numero est
Bezoardicorum Universalium & Poly-
chrestorum , ad qvam semper configuen-
dum est speciali Antidoto incognita ;
idem de eā dici potest , qvod de Bezoardi-
cis in genere dicitur , qvod Calidi innati
Vigorem , seu sanguinis & Seri systas in &
miscelam , motum , calorem , tueantur .
Putredini resistit , qvia balsamica est , Ra-
refactionem peregrinam domat , qvia Φta
& opiate est , serum verò liqvat , grume-
scensem sanguinem incidit , qvia Φrea est
vel urinosa . Febrium , Impuritatum , san-
gvi-

gvinis & morborum serosorum panacea
est, qvia diaphoretica est. Vide Excell.
Wedelii Theorematum medica.

II.

Notandum hic est, qvod Tinctura no-
stra bezoardica variis *convenientibus aut di-
rigentibus*, ut in doctrina de Purgantium
miftione nominantur, ac certis qvibus-
dam specificis misceri queant, tam simpli-
cibus qvam compositis, *ad exemplum Mi-
flur& simplicis*, qvæ à Rofincio *Antapoplecti-
cis*, *Antepilepticis*, *Antasthmaticis*, *Antiparaly-
ticis* & aliis miscetur. Vide ipsius Chem.
p. 265. 266. seqq. Hofmannus Meth.
med. spiritu cochleariae in scorbuto mi-
scuit. In Ulceribus, ubi Diaphoretica
prosunt, cum Effent. fl. Hyperici vel chæ-
refolii. Id. l. c. p. 164. Excell. Ludov. in
Peste vult misceri. & rutæ, succinive tan-
tillo. Et sic porrò pro diversitate morbo-
rum per probata specifica acui potest. e. g.
in suffocatione uteri cum castorei & opii
effentia in v Menthae non adeò spirituosâ.
In Variolis & Morbillis cum spir. C.C.*.
&c. In Nausea & Vomitu cum spir. Oli,
Effent, anod. &c. (largius hic intelligo
qvali

qvasi Corollarium) Tunc efficacior exinde proveniet Panacea. Applica hic, qvæ de mistione Mixturæ simplicis apud Rolfinium leguntur Chem. in Artis form. red. qvamvis Misturæ illæ compositæ ibi patientur modestam censuram, & requirant.

III.

Ut Virtutes & Facultates hujus Tineturæ nostræ bezoardicæ clariori colore splendeat, memoria & Judicii uberioris gratia Vires ingredientium singulorū, qvorum supra Propositus Genuinus Procesius mentionem fecit, ex nonnullis Auctori- bus pharmaceuticis probatis afferam, & in Compendium redigam, relictā singulis propriâ hâc de Ipsorum Energiâ judican- di Libertate.

I. Carline Radix.

Radix collata Tempore verno est ale- xipharmacæ sudorifera, diuretica, emme- nagôga, Tineas ventris necat, calefacit & siccitat in 3. gradu Schröd. L. IV. p. 37.

Hofm. in Clav. pharm. Schröd. p. 431. his addit: Ad Morbos malignos & venenatos valde commendatur, pestis contagia ar- cet, venenis resilit, lumbricos expellit,
Jecoris

Jecoris & Lienis obstrunctiones aperit, datur & ex alto lapis, hydropicis confert, dysenteriae epidemicæ & intestinorum torminibus medetur ejus decoctum. Vulgo persvasum est, eam gestantibus vires augere, comitibus vero adimere. Mures necat cum polenta subiecta. Ejus decoctum qvibusdam etiam vomitum movet, in brodio carnis factum; *sed posteriora huc non pertinent.*

II. Zedoaria.

Calfacit & siccatur 2. gr. incidit, Flatus discutit, amarisimi est saporis & alexipharmacum. Usus præcipue in doloribus colicis atque ventriculi, animalium venenatorum morsibus medetur, Lienteriam fistit, vomitiones reprimit, Menses ciet, suffocationi uteri efficaciter succurrit, alvi tineas quascunqve enecat, antidotis permiscetur Schröd. L. iv. p. 179.

Addit Hofm. clave pharm. p. 569.
Suffocationi hypochondriacæ à flatibus ortæ resistit.

III. Enula seu Helenium.

Calfacit & siccatur 2. vel 3. gr. abstergit, discutit, aperit, pulmonica est, stomachica, ale-

alexipharmacæ, sudorifera, Usus præcipue in pulmonum renumque attenuando, ac educendo, & hinc in Tussi, asthmate, cruditatibus ventriculi & emendandis, Peste, contagiosis Morbis arcendis, in scabie. Schröd. p. 81. L. IV.

Addit Hofm. in Clave. p. 485.

In Mercurii noxâ à poculorum in auratione.
Conserva etiam fl. helenii gravidis contra abortum interne commendatur. Quæ quidem huc non pertinent, ubi de extracto radicis vel ejusdem Tincturâ per spir. vin. sermo est.

IV. Myrrha.

Myrrha calfacit & siccatur 2. vel 3. gr. apert, subastringit, attenuat, maturat, discutit, putredini resistit, usus præcipue in Uteri obstructiōne, fœtu expellendo, in Pulmonum & Intestinorum mucilagine acinde natâ raucedine, Tussi & Anginâ Pleuritide, Colica, Lumbricis, compescit diarrhæam & dysenteriam, Februm rigorem, præcipue Quartanas arcet. Schröd. p. 200. L. IV.

Addit Hofm. in clave p. 589. Febribus malignis resistit. Et Excell.

Ammanus de Mat. med. p. 137.

Myr-

Myrrha habet egregium usum in arte medicâ, dum Medicamentum *expellens*, *anodynū* & *Traumaticum* est.

V. Crocus.

Crocus cordialis est & pulmonicus, ut qvoqve Anima pulmonum audiat, uterinus & hinc cæteris Visceribus familiaris; 1. calfacit, 2. siccatur, 1. gr. aperit, digerit, emollit, anodynus est, somnum conciliat, menses ac fœtum pellit; usus ejus freqvens in syncope, Apoplexia (gutta 1. vel 2.aspergitur lingvæ) in hysterics affectibus, in JC Tero, in peste, aliisque venenosis Morbis, in asthmate, Schrød. p. 55. L. IV.

Excell. Amman. Mat med. p. 107.

In Croco est virtus cordialis, pulmoniaca, uterina, cephalica, ophthalmica, anodyna, adeò ut reverâ instar Panaceæ sit, si moderatè usurpatur.

Hofm. In clave ex Hertodtii Crocologgia. p. 459. addit:

Ob vires, quas in omnibus ferè curandis morbis præstat insignes à nonnullis Philosophorum aroma, à quibusdam Rex Vegetabilium, imò Panacea vegetabilis infi-

insignitur. Ad Melancholiam , vertiginem, phrenitidem, catarrhos, notabilis est energiæ ac virtutis.

VI. Pulvis viperinus.

Ex Carne, corde, hepate, spinisqve, citra caudæ mutilationem, curatore in sui generis, ut & in aliis qvibusdam venenis multum prodest. V. Excell. Ludov. pharm. p. 298. & Schröd. p. 311. Jecinora & corda viperarum exiccata, & contusa cum spir. vini rectif. digere, & extrahe Essentiam, junctis destillationibus adde ad tibi. Essentia vol. ʒi. fixi ʒf. Digere, ut opime uniantur & habebis sumnum, quod à viperis separari potest, Medicamentum. *Epicrisis pleniorēm, de viperis, & Medicamentis exinde preparatis, in qvā totus acqviescere possis, invenies apud Excell. Ludov. Pharm. p. 298.*

VII. Opium.

Vim possidet spiritus commotos, inquietos, seditiososqve compescendi, adversus omnis generis dolores, à qvacunq; causâ subortos, contra omnes hæmorrhagias, in qvacunq; corporis parte fuerint, contra omnes defluxiones & fluores ventris dysentericos, hepaticos, lientericos &

I

simi-

similes valet , & ad inducendam gratam tranqwillitatem in Febris ardentibus, in qvibus Rationis sensus læditur, & in phrenesin æger plerumqve delabitur? Schröd. p. 204. Pharmac. Et Experientissimus D. Ludov. Pharm. p. 661.

Hæc Massa injustè haetenus damnata, suspecta, aut tandem longè parciùs, seriùs, timidiusqve attacta est , & per Empiricorum manus ferè occubuit, maximò cum damno Infantum, Gravidarum, Puerparum, Exhaustorum, nec solis semper spirituosis, Analepticis sopiendorum Se-num, item Phthisicorum, Epilepticorum. Aliorumqve ferinâ Tusfi, defluxionibus, Hæmorrhagiis, Profluviis, super purgationibus, Colliquationibus, diversis humorum aut sangvinis Effervescentiis plerisqve vagis fixisqve doloribus penè ene-ctorum. Qvot & qvantas virtutes idem sagacissimus VIR. Liqvori suo anodynō tribuit, certò qvoqve modō & respectu opio in Tinctura bezoardica existenti, competit, in primis si ejus proportio exaltetur. De Liqvore autem anodynō hæc habet: Tinctura hæc anodynā elegans est in malignarum complurium principiis, vomiti- bus

bus ac Diarrhæis complicatis aliisqve affectibus, ordinariis remediis ad guttas 6. vel 8. sociata, per se vero in Rheumatismo, vomitu, diarrhæis, nephritide, ad guttas 10. 12. vel 18. noctu data, plus præstat, quām integra remediorum vulgo opponendorum phalanx. p. 669. His gemina habet Ammannus de Mat. med. p. 148.

Virtus opii tanta est, inquit, ut si recte usurpetur, & præparetur laudibus vix possit extolli. Qvicquid enim Theriaça, Mithridatium, Philonium, Trypheræ præstant, id faciunt ratione opii admisti, uti egregie differit Walæus in M. M. & Bontius ad Garziam p. 9, 10. V. Tilling, Tract. de Laud. op.

VIII. Castoreum.

Castoreum calfacit & siccatur 2. gr. attenuat, aperit, flatus discutit, nervos nervosqve Partes adeoqve caput corroborat, spiritus animales torpidos excitat, venenis resistit, sternutationem ciet, anodynum est, Menses promovet. Hinc proficuum est in Lethargo, Epilepsia, Apoplexiâ, Paralysi, vertigine, Artuum tremore, defluxionibus ad articulos, strangulatione ute-

ri, dolore colico, insuper Tinnitus aurium ac difficultatem audiendi corrigit, auri Inditum, dentiumq; dolori succurrit Schröd. L. c. p. 279. Amman. Materia med. p. 175. Usus Castorei freqvens est in Affectibus capitis, nervorum, Peste, venenis, doloribus, uteri passionibus.

IX. Camphora.

Resistit Putredini ac Venenis, unde freqvens ejus usus in Peste, malignisq; morbis, febris, suffocatione uteri. Mæbii dissertatio de camphorâ, Vires ipsius satis dextrè delineat, & Panaceæ loco eam esse vult. Vide quoq; qvæ hanc in rem affert D. Hofm. meth. med. p. 149. de egregiis virtutibus camphoræ usq; p. 150. & Diemerbrock de Peste p. 202. annot. V.

X. Spiritus Tartari.

Spiritus $\frac{1}{2}$ vim habet incidendi, attenuandi, resolvendi, discutiendi. Hinc referat obstrukiones viscerum, purgatq; per sudorem & urinam, ideoq; utiliter adhibetur in hydrope, Tympanitide, Arthritide, Paralyfi, Scorbuto, Lue, Venerea, Impetiginibus, Scabie, contracturâ artuū, & Materia

teriâ flatulentâ & humorali fluidâ, non
frea, coagulata, & fixâ Schröd. l.c. p. 220.

His subjicit Odoardus de pepulis Catal.
med. Spag. p. 36.

Spiritus ♀ potenter & spiritualiter omne
in universum Corpus, & venenas obstru-
ctionesqve earundem vi suâ diaphoreticâ
de oppilandas permeat, & per urinâ sudore
remqve humorum superfluitates, & san-
gvinis immundities propellit, In curando
Hydrope, Tympanitide, Arthritide, Para-
lysi, JCtero, lue Venereâ, Scorbuto, Scabie,
aliisve Cutis impuritatibus, artuum con-
tracturis, Febribus in genere admodum
salutaris existit.

Usum & vires spir. ♀ ex Crollio & Fa-
bro, svis, prolixius evolve. Item ex Ange-
lo sala p. 136. qvamvis acido illi Phlegmati
juxta illius præparationem non compe-
tant istæ vires enumeratæ. Vide quoqve
olim Vires spir. ♀ pleniori elogio decan-
tas, in Dissertatione nostra *de Naturâ*
spir. ♀.

XI. *Spiritus Salis armoniaci.*

Totam Massam sangvineam incorru-
ptam à Putredine præservat, Fermenta-
acida præcipitat, suffocationi uterinæ, Hy-

I 3 pochon-

pochondriacæ , Apoplexiæ , Epilepsiaæ , spasmo, interne guttatum exhibitus. Imo odoreterius etiam medetur. Et ipsius Pestis sumnum est Remedium, cum Essentiâ specierum theriacalium mixtus. Maximam præterea vim obtinet aperitivam, tûm per se, tûm cum spiritu Θis. vel Arcano ♀ soluto maritat⁹ in treis Morbis, item cum scorbuto complicatis. In Arthritide vagâ & fixâ non habet compar; In Quar- tanâ singularis est ejus usus. &c. Vide prolixius enumeratas Vires apud Schröder. Pharmacop. L. III. p. 482. Hofmann. Clav. Pharm. p. 352. Odoard. de Pepul. Catal. med. spag. p. 35.

XII. *Spiritus Θi.*

Θi spir. est diaphoreticus, diureticus, incidens, attenuans, putredini resistens. Hinc utilis in Febribus ardentibus, obstruzione Hepatis, Lienis & Mesenterii Appetitu prostrato. Schrød. p. 488.

In variis Februm generibus summus ejus spiritus usus est. Omnes enim Humores noxios & putredines tam in stomacho, hepate, quam etiam in sanguine, venis, in primis viis & remotissimis conten-

tas

tas incidit, abstergit, & ob moderata
astrigendi qualitatem eos consumit, ac
per urinæ meatus & per poros cutaneos
potenter propellit, nec non ab eorum re-
dundantiâ ingenuè præservat. Hinc o-
mnes obstruktiones deoppilat, cor, itoma-
chum, Hepar cæteraq' viscera roborat,
vomitiones & nauseae reprimit, deprava-
tum appetitum reddit, spir. animales, vita-
les & naturales fulcit, Epilepsiam curat,
& ab ipsius insultu mirè tuetur. *Summa-
tim universo corpori humano nobilissimum exi-
stit prophylacticum.* V. Odoard. de pep. ca-
tal. med. spag. p. 37. Hofm. præf. ad Lect.
Meth. med. de spir. Oli &c. striat. Nulla,
inqvit, Humorum est depravatio, qvæ per
istum spiritum non supereretur. Insignem
habet vim ebullitionem sanguinis sisten-
di, vasa obstructa aperiendi, inflammabi-
litatem viscerum prohibendi & sitim se-
dandi. Spiritus Oli vim & efficaciam ubi-
rius delineatam V. in *Dissert. nostrâ de Na-
turâ spiritus vitrioli.* Coronidis loco nota-
hic, quod D. Georgius Gramannus spiritui
Oli in Traëtat. Reise- und Haus-Apotheke
xxxix. virtutes adsignet, qvarum, vigore
Conseqventis, etiam Tinctura bezoardi-

ca particeps esset; Verum non spir. vitrioli soli ista per morbos longâ serie recitatos energia ineft, sed & vehiculis & Accessoriis aliquid trituendum, qvibus miscet spiritum, ut sunt Theriaca, & alia varia, Extracta, Vina laxativa, Sennata, Essentiae & id generis alia. Accedit qvòd in Tincturâ bezoardicâ spir. vitrioli dosis minor sit spiritus, dosi, major verò dosis maiorem obtinet facultatem, qvamvis singulæ doses Tincturæ bezoardicæ etiam spiritum & simili propinent cum suâ infitâ vi. Qvæ itaqve virtutes singulis Ingredientibus disjunctim ab Auctoribus Pharmaceuticis adscribuntur, & adjudicantur, earum quinta quasi Essentia in Tincturâ bezoardicâ concentratur. Cumqve ingredientia partim Naturam habeant symbolicam, partim verò se amicè tolerent, immutuâ Mistione & Approximatione, hinc quoqve singulorum virtutem dosis unica porrigit. Proinde si volupe esset more Collegii Excell. Curiosorum pluribus, qvam supra ostensum fuit, convenientibus & specificis Tincturam nostram permiscere, qvalis qvæso Panacea exinde nasceretur?

At.

At non tribuendum est alteri, qvod alteri competit de Jure & Facto. Adeò frequens & diffusa cum aliis Mistio dubiam facit Rei singularis vel simplicis vel compositi experientiam, ut nescias, à qvō tandem virtus agendi emanaverit, aut in qvōnam Principium Operationis latuerit.

Sed redeo ad Tincturam bezoardicam, cuius vehiculum ut plurimum Cerevisia calida butyracea est. Pro conditione & Tempore Morborum potest etiam sumi in Syrupis & succis cordialibus, ut Syrup. Acetos. citri, Cydon. Ribium, Berberum, Viol. Rosar. in ∇ Ros. Cichor. Sambuci, Fumariæ, in + vini, in Vino absinthite, in Febribus Tert. interm. in Paralysi & Apoplexia in ∇ qvādam antapoplecticā, ut cerasorum, lil. convall. cum syr. convenientibus mistis, ob svavitatem & edulcorationem. In Affectionibus pectoralibus à Materiā viscidā in Syrup. de Glycyrrh. Decocto Helen. Neqve tamen vehicula hæc vehiculi necessarii loco esse debent, sed absqve hac rheda vires Tincturæ sufficiētes in corporis œconomiam intromitti possunt. Vide qvæ supra monui de Mi-

I 5 fitione

stione Tincturæ bezoardicæ cum aliis medicamentis.

CAPUT VI.

De

Loco & Tempore Tincturæ bezoardicæ, Ubi & Qvando celebris esse cœperit.

QVamplurimis Germaniæ Locis celebre & amabile Nomen habet Tinctura nostra bezoardica. Urbes sunt ferè multæ, multiqve Pagi, officinæ pharmaceuticæ multæ, qvæ Nomine Tincturæ bezoardicæ vel saltem Misturæ simplicis personant. Philyrea Academia Vitam, Ipsi dedit & Famam. Hinc in alias Mundi plagas egressa est, & tot ortæ sunt Formularum & Descriptionum Variationes, qvi bus ulteriùs adhuc variandis incumbunt hodie Medici & Pharmacopæi plurimi. Ceterum Nomen Tincturæ bezoardicæ ante quadraginta annos increbuit. Hinc etiam Illustris Facultas Medica Lipsiensis in literis responsoriis ad Casum & Qvæstionem: *An Tinctura bezoardica cœcitatem inferre possit?* illud Tincturæ nostræ bezoardicæ

ardicæ ætatis momentum una tangit. Vi-
de caput proximum de Opposito.

Æstatem Tincturæ nostræ bezoardicæ
illustrant Verba Medici cujusdam *Veterani*
& Excellentissimi, ac Incomparabilis Pra-
ctici qvæ ex literis ad me datis 3. Julii 1676.
non piget transcribere :

Die Zeit belangende / erinnere ich mich noch
guter massen / daß davon Anno 1635. die große
durchgehende Land - Peste / daran ich damals
auch gelegen/und hernach 1636. 1637. ja gar bis
1638. die Peste und Febres pestilentes hin
und wieder grafsirten/ Ich solchen Namen nen-
nen hören/sed tanquam Scholaris , occasio-
nem tamen hinc arripiens , ob Vocis inso-
lentiam in Rem ipsam inqvirendi , da mir
denn gesagt wurde/ daß ein gut Gifft-Wäss-
serlein wäre ; Als ich hierauf nach Jena im
Jahr 1641. kommen/und ein CollegiumChe-
micum unter einem Candidato Medicinæ ,
der zu Leipzig studiri/hielte / commendirte Er
Sie sehr/hielt aber den modum componen-
di fast geheim/daher/und weil Ich Sie hernach
zu kosten bekahm/und gegen der Mixtur.simpl.
ritè parat. wenig differenz in sapore & Ef-
fectu befand/ die Farbe aber von Granis her-

bæ

bæ Parid. santalo oder gar papav. errat. her-
 zukommen vermeinet wurde / habe ich damals
 nicht sonderlich oder genauer nachgeforschet / zu-
 mahl weil ich Herr D. Rofincken bis Anno
 1651. da Ich in hiesige Dienste kam / nur die
 Mixturam simplicem brauchen sahe/ auch die
 Inqvirenten disrepan, und meist auf conje-
 cturen bestunden ; Die folgenden Jahre aber
 hernach fing der Nahme / and Medicament
 selbst an unter den Curiosen etwas bekannter zu
 werden/ doch / daß der Ungern heraus gieng/
 wer die Composition zu haben vermeinte / und
 Ich daher aus obigen fundament bey der
 Mixt. simpl. essent. papav. errat. tinet. sub
 nomine Tincturæ bezoardicæ eodem ef-
 fectu verblieb / auch die so nach und nach die
 Formulas, plerumqe ~~z~~ Ingredientium aut
 pondere aliquantum variantes, commu-
 nicirten/mit Erweisung der wenigen differenz
 vergnigte / wie denn meines Behalts Anno
 1656. erst mahl die Description und hernach
 noch einige/bis Anno 1660. von einem Studio-
 so meinem Verwandten aus Leipzig / die von
 vornehmer versicherter Hand plane genuina
 seyn solte/bekommen/ und unterschiedlich ad li-
 teram præpariret / aber wie vermeldet kei-
 nen mehrern effect über meine gebräuchliche
 Mixtu-

Mixturam besunden. Formula hujus proportionioqve hæc est. &c. &c.

CAPUT VII

De,

Opposito seu Contrario & Pugnantibus.

VAria sunt, qvæ cum Tincturâ nostrâ bezoardicâ pugnant, ejusqve *vel Existentiam, vel Preparationem, vel Applicationem ratione subiecti, Morbi, & Temporis* morbifici concernunt.

i. Pugnat cum Tincturâ bezoardicâ & peccatur, qvando, uti supra ex parte cap. iii. indicavimus, tot ingredientia homogenea vel heterogenea Extractioni destinantur, qvod non modò non necessarium, sed & absurdum & noxiū est. *Pauca enim Homogenea & Efficacia sufficiunt. Qvod fieri potest per Pauca, non fieri debet per multa vel plura.*

Ire per ambages, cum sint compendia Rerum,

Stultitiae summū dixeris esse gradum. Multiplicatio Entium & ingredientium præter necessitatem insipiens labor est.

2. Plu-

2. Plurimi nasutuli atq; dicaculi Pharmacopæi solidâ rerum naturalium Cognitione destituti, vñ vitæ vulgari æqvant Elixir nostrum vitæ bezoardicum. Qvām præcox autem hæc est æqviparatio! Qvām longè Tinctoria bezoardica & vñ vitæ vulgaris vel qvoqve preciosior inter se differant, illi nōrunt, qvi naturam rerum intimius penetrarunt, & utriusqve præparandi Modum, ac operationum subjecta, juxta Formulam genuinam supra delineatam accuratiū perlustrant.

3. Crimen ingens est, nefarium & criminosum, quando Tinctoria bezoardica, imprimis spiritus Eli nimiâ quantitate in acore suo exaltata infantibus exhibetur, qvi Lac fugunt maternum. Acida enim, Vegetabilia & Mineralia lac coagulant in tenellulis infantum ventriculis, & Epilepsiam aliave pessima Symptomata accersunt. Vide egregiam hanc cautelam apud D. Tim. à Güldenklee de Morbis infantum casu xxI. p. 257. de urinæ difficultate. Ubi inter alia hæc habet: Obiter, inquit, hoc loco notandum in Practicorum libris hinc inde commendari (scil. in urinæ difficultate infantum pusillorum) spir. Osis, aliaqve

aliaque acida, qvorum usu cum Lac in
 Ventriculo certò certius coaguletur, non
 video, qvomodo infantibus lactentibus
 tutò & citra periculum exhiberi posint,
 qvanta enim Lac coagulatum excitet
 symptomata, nemini non notum est. Pu-
 tant qvidem nonnulli, eô die, qvô talia ex-
 hibentur, infanti mammas subtrahendas,
 sed an hoc satis commodè fieri possit, nu-
 trices neverint, & qvis scit, an ventriculus
 ab omni la&te, qvod paulò ante infans
 luxit, adeò sit vacuus, ut nihil in eô re-
 manserit, qvod coagulari queat, si verò &
 ante & post exhibitionem acidorum ab
 uberibus arcendus infans, qvomodo diu-
 turnam hanc abstinentiam sustinebit? Ve-
 risimile præterea est, aciditatem illam Tu-
 nicus ventriculi fortius imprimi, ut pauca-
 rum horarum vel unius diei Termino pe-
 nitus elui aut absumi poscit, unde tutius
 esse puto, ab acidis abstinere, & iis uti, qvæ
 citra incommodum urinas movere va-
 lent. Ex hōc Auctore hanc cautelam mu-
 tuò sumxit Hofmannus Meth. med. p. 186.
 qvam vide sis. Proinde errant, & non levi
 injuria afficiunt Tincturam bezoardicam,
 qvi ejus usum penes omnes infantes da-
 mnant,

mnant, qvafsi semper & ubiqve Epilepsi-
am induceret; Committunt enim Falla-
ciam subje&ti, vel si mavis, Accidentis.
Tantum enim abest, ut per se Tinctura
bezoardica unqvam Epilepsiæ causa exi-
stat, ut potius eam tollat, & præcaveat. Per
accidens autem epilepticos motus produ-
cit, qvia in lac incidit, & iis exhibetur, qvi-
bus non erat exhibenda. Siquidem ut pluri-
mum Epilepsiæ Infantum, si ex heredita-
ria diathesi oriundam idiopathicam &
dentitionem comitantem excipias, à lacte
coagulato oriuntur, hoc non Tinctura be-
zoardica acidula sed aliis Præcipitantibus,
acidum imbibentibus, invertentibus, ano-
dynis, & Archeum stomachi furentem,
sedantibus dissolvi & attenuari debet.
Qvalia sunt CC. ph. pp. cum aliquot gut-
tis spir. CC. vel * volatilis falsi, Unic. fos-
sile, Terra sigillata, Cinnabaris nativa, cum
pulveris anodynī & ☽ aromatici spiritūs
ve volatilis falsi tantillō &c. Itaque in
Compositis ejusmodi alias polychrestis
probe attendendum est singulis Ingredi-
entibus, eorumqve qualitatibus occultis
vulgò sic dictis, primis & secundis, alias
πάγκησις & πολυχρηστα fiunt *κακόχεισα &*
δύχεισα

διάχεστη & sphalma practicum committi potest, non sine jaēturā sanitatis & vitæ di- luendum, si non competenti subjecto, & Mor- bo & genuino Morbi tempore porrigan- tur.

4. Errant quoqve, qvi Prægnantibus eam promiscue propinan- t, qvia ex parte emmenagoga est, ob radices alexipharmacas, myrrham, spir. ♀ Pulv. viperinum, & hac ratione abortum & sanguinis fluxum per uterus causari poscit. Hinc D. Hofmannus in MSC. in Febribus, inquit, Prægnantium Θia antifebrilia ex ♂ & ♂lo parata, omnia exulare debet. Itemqz Tinctura bezoardica, Elixir Proprietatis, qvia nimium expellunt. Hæc Hofmannus. Qvamvis hæc ipsa de dosi largiori in- telligenda sint, mediocris enim dosis, salu- brioris spei est cum & spir. ♂li, & opium ipsi inexistant, qvæ vi leniter adstrictoriâ & anodynâ prædita sunt.

5. Qvando nimis camphorata est, uti passim venalis est. Hæc enim plus vice sim- plici Capitis intensissimos dolores & de- liria ante consuetos in Ungaricis dies in- tenerioribus eruditis excitavit. Huc per- tinent omnes illæ cautelæ in Camphorâ exhibendâ necessariæ, qvas inculcat Mæ- K bius

bius Anat. Camph. p. 102. Si scilicet Tin-
eturæ bezoardica camphorata est.

6. Qvando in Febribus Malignis ferè
qvitidiè ea exhibetur, viresqve sic cum
sangvine ægrotantium incallsum dissol-
vuntur. Vide Epistol. honor. Excell. We-
delii.

7. Tutiùs intra corpus sumitur, qvan-
do primæ Viæ Humorum vitiosorum fa-
burrâ expurgatæ sunt, qvam si ipsis adhuc
scateant; qvia Humores noxii in ventri-
culô & intestinis stabulantes hâc occasio-
ne ad massam sangvineam non citra in-
gentem Naturæ confusionem rapi que-
unt. Proinde notam merentur & animad-
versionem, qvæ cùm à primô hujus Tin-
eturæ Condo, tûm ab Hofmanno dicta
sunt & inculcata, prioribusqve paginis ex
MSCtis ipsorum & in lucem editis scriptis
citara, cap. de Fine & usu Tineturæ bezo-
ardicæ, qvòd scilicet Tineturæ bezoardica pro-
misne & tutò circa singulorum Morborum ini-
tia, itemq; qvando male habemus, aut habere
sentimus, qvando species Morbi vel Febris non-
dum innotuit, intra corpus assumi queat, qvi-
cunque etiam humores maligni vel beni-
gni circa primarum viarum anfractus
præ

præ existant, ~~vel ecclasticæ~~, qvæ vel Cly-
sterem, vel Emeticum, vel aliud qvod-
cunqve pharmacum postulant. Cum
enim Tinctura bezoardica *κατ' ιζοχν* sit
diaphoretica, Diaphoreticis autem exacta
medendi methodus certi temporis & usus
momentum præscribat, neq; omni Tem-
pore Morbi ea in usum trahenda sint, pru-
dentia sanè medica hīc reqviritur, uti hāc
de re prolixius & nervosius cum Deo in.
Sciagraphiā nostrā de Sudoriferis circa genuina
Morbi Tempora acturus sum. Qvod etiam
monet Clarissimus Holterhof, qui Prin-
cipiorum Helmontianorum chaos in or-
dinem dispescere & digerere tentat,
Discursu Med. de Erroribus Medic. cap. I.
de Febribus §. 5. Ante exhibitionem, in-
qvit, sudoriferorum fordes excrementitiae
vitiosæ, qvæ in primis viis hærere, ex dolo-
re, æstu, nausea, angore, aliisqve signis co-
gnoscuntur, prius expurgentur, vel vo-
mitorio, vel laxante aliquo Leniore, prout
materiam ad superiora vel inferiora ver-
gere yiderimus. Qvamvis nec hoc *absolu-*
tè negandum sit, qvod in dubiorum adhuc
Morborum complurium Initio non in-
commode detur, vel vulgi exemplo, Su-
dorife-

K 2

dorife-

doriferum adsumentis cum levamine, Et Effectus horum salutares respectu Lymphæ, sanguinis, pororum &c. plures atque plani sunt. Nec simpliciter in omnibus Materiæ præparatione, viarum primarum evacuatione &c. opus est. Imò Ipsa Diaphoresis est è Remediorum Universalium Censu. *Absit tamen abusus,* (de qvo loquimur in hac Notâ) & Medicus rationalis etiam prima Zizaniæ Germina dignoscat.

8. Neglectus veræ & sufficientis doceos multum quoque vires Tincturæ nostræ bezoardicæ sufflaminare potis est.

Exemplum suppeditat Palpitatio nostra Tincturæ bezoardicæ Usu profligata. Hujus enim siij usq' ad $\frac{2}{3}$. post fixationem $\frac{1}{2}$ ii, ingruente illa symptomatum à $\frac{1}{2}$ re $\frac{1}{2}$ li attracto, syndrome, assumsi, & si non assumfissem, sed guttulis consuetis $\frac{4}{5}$ o. vel $\frac{5}{6}$ o. acqvievissim, majori proculdubionisu Hostis intestinus robur vitale, prostravit, pessundebisset, oppresisset, neq' tamen tunc, primâ scilicet vice, sufficiens erat pondus, rediit enim Paroxysmus horâ 2. post noctis meridiem, satis manifestò indicjō, dosin remedii causæ peccan-

peccanti nondum fuisse convenientem, alias unō quasi impetu hostem expulisset. Notari tamen velim, Tincturam bezoardicam eō tempore tantūm cum spir. vini optimo qvidem, non tamen rectificato, non adeo camphorato, præparatam fuisse. Si verò spir. vini rectificationi subiectus fuerit, subtilior est & volatilior, eamq̄e ob causam parciōri dosi Tinctura exhibenda est. Potest tamen ad 3ij. sine noxā exhiberi pro unā vice pro diversitate Indicationis, ætatis, Temperamenti &c. Spectant hūc, qvæ extant in Excell. Ammanni Schediasmi. supra citato: Dosis, inquit, si requiras, variat Ea tām ratione. Ætatis, sexūs, &c. qvām ratione Usūs. communiter vix 3.ij. excedunt. Caudū autem sedulō, ne committatur in Dosi Error, nam facile potest exinde Febris excitari. Narrabo Historiam, qvæ Amstelodami contigit: Comes meus ante quadriennium ex Angliā tecum redux incidit Amstelodami ex Usu Halecum in Febrem Tertianam intermitteret. Hæc à me Methodi Lege tractata post 7. circuitus cessabat. Ut Reliquiæ disparentur, & Reditus In Patriam matura-

K. 3

ri pos-

ri possit, auxilium à me rogabat. Post lenem Purgationem Ego hanc Tincturam, usui meo, si forte opus dicatam, Ipsius traxi unā cū Vitro, (Mixtura simplex tunc temporis Ibidem non prostabat) dicensimū, ne dosin conservetam excederet, quod se facturum affirmabat. Effectus, sūdor scilicet hāc nocte erat exoptatus. Sed animadvertis ille Euphoriam, eō Ipso Manie, mē insciō aliam Dosin, ut Iter eō citius posse Instituere adsumsit, quō facto sūdor iterum secutus copiosus, Vires nimium prostratae, & Recidiva provocata est. Sed haec *ως ἐν παρῆσσω*. Prolixius & magis perspicue olim DEO dante in *Historiā Doseos Medicamentorum exaltatae*.

9. Inter Opposita merito censetur Pre-
cium Tincturæ nimium, quod in decuplo
vel duo decuplo vel amplius penes non-
nullos reddit & refunditur; cum tamen
ib. i. Tincturæ bezoardicæ seu 3xvi. satis
tolerabili precio parentur. Imprimis, quā-
do *Materialia*, ut vocant, magnā, quemad-
modum fieri solet, quantitate & ita viliori
precio Nundinis Lipsiensibus coēmuntur,
& spiritus ♀ & ♂ propriō Marte de-
stillantur. Qvamvis si fortis Ementium,
pin-

pinguioris vel tenuioris rationem habeas,
nihil prohibet, qvin si. dimidiō Joachimi-
co Ditoribus dispensetur. Dosis enim,
qvando guttis 60. absolvitur, duodecim
nummis hōc modo habetur, pro qvibus
Decoētum Galenicum sudoriferum para-
ri non potest. Et qvid tandem sunt duo-
decim nummi, si sanitatem contrā æsti-
mes, & utilitatem, qvā redundat in eam
per usum Tincturæ Polychrestæ?

io. Est Misochemicorum Contemptus,
qvi uti omnia Mineralia & Calidiora Ve-
getabilia, qvæ sub spiritibus, Essentiis &
Tincturis vires suas asservant, ut plurimū
contemnunt, ita qvoqve huic Tincturæ
non ita prolixè fortè favebunt. Imprimis
ob spir. ♂li & ♀, qvorum hostes ~~αιωνδοι~~
sunt. Vide qvæ in *Discursu de spir. vitrioli*
~~&~~ ♀ capite *de opposito*, ubi de Calumniato-
ribus horum spirituum agitur, collègi ex
Tentzelio, Conringio, aliisqve & in ordi-
nem redēgi, argumentaqve Adversario-
rum prolixâ responsione refutavi.

ii. Supereft Crimen ingens, in qvod
cum Dispensatore suò fidelī vocatur Tinctu-
ra nostra hezoardica, qvod satis intelliges,
qvando sedulā anagnosi dignaberis, mi-

Lector, Literas ad Illustre Collegium Medicum Lipsiense missas, ejusque Responsum reciprocum. Proinde lubet huc transcribere *ex Ammanni Med. criticâ p. 411. seqq.* qvicquid hac de re habetur; *Digna enim est questio & responso duabus vel tribus hisce paginis;*

C A S U S.

Barbitonfor, quod genus Hominum in penetralia sacræ Medicinæ illōtis manibus irrepit, nec ventosō Chirurgiæ titulō contentum, morbos internos curare & pharmaca propinare pluribus thrasonicè audet, quod verò de jure iis non licitum, probante Paulō Zachiā Qvæst. Medicoleg. L. 6. T. 1. p. 9. Talis, inquam, Barbitonfor præteriti anni Mense Decembr. pluviosā cœli constitutione peracta in viciniā V. S. domum reversus corripitur Febris cum rigore, calore quoad externum Tatem non adeo intenso, doloso tamen, cum intensissimis capitum doloribus, & summā Virium prostratione; Is die demum sextā ab invasione morbi à quoddam Medico 2. milliaribus ab illō oppidulo degente per literas auxilium efflagitavit, referens se Purgans Medicamentum quoddam adhibuisse, absqve

absqve omni tamen alleviatione, morbumq; nō factum remissiorem, sed intensiorem. Medicus mali moris febrem, nempe *continuum malignam* esse perspiciens, alexipharmacā, qvæ ab infelici medicastro propriæ fortunæ & miseriæ fabro neglecta erant, fvatet. Mittit ergo Tincturam bezoardicam, præscribit pro dosi 60. gutt. assunit eger èdem die adhuc prescriptam dosim. Quid sit? Die 7. sequente non sit alleviatio, sed suboritur Cœcitas, & postridie, nempe die 10. Morbi moritur ager. Jam plurimi nobilissimum Medicamentum hoc optimè etiam preparatum accusant, causam fuisse subite cœcitatō, Medicum convitiis onerant, & homicidii patrati arguunt. Bifronti Janō opus est, ante & post se respiciente, qvi de hujus Casū historiā recte & medicè judicare cupit. *Impossible dico* ab alexipharmacō & qvidem tali, ubi nulla violentiora Metallica addita sunt, Cœcitatē & mortem posse oriri. Non novum est, Medicamenta Chemica diffamari propter socia pericula, qvæ interdum ex violentioribus ab imperitis parata & administrata proveniunt, ast non omnia chemica ex Metallis parantur. Chemia enim etiam Vegetabilia in meliorem statum solet con-

K 5

vertere.

vertere. Si igitur illa Vegetabilia ex suâ naturâ non sunt deleteriæ qualitatis, multò minus ex meliore præparatione illam accipient; Cœcitatem potius à Purgante ortam fuisse, non dubito adstruere. Qvale illud fuerit, qvod usurpaverit, non liquet. Sed quid crebrius in ore Barbitonorum frío vitæ, aliò dulci, Turpetho, Floribus t, aliisqve ex violentioribus Metallicis, paratis? Qvæ ipsi imperiti imperitè præparare conantur, aut ab agyrtis & ciniflonibus vili precio emunt. Ex talibus Medicamentis cœcitatem facile suboriri posse, Testis est magni nominis Medicus Hildanus, qui in Epist. med. 41. aliquot habet exempla; inter alia scribit: Matrona ad Lacum Lemanum sumtô medicamentô ab agyrtâ præparato intra Triduum non solum visum, sed etiam vitam amisit. Alia dolore capit is laborans cum Medicamentum purgans ab imperito Barbitonore, verba sunt Hildani, accepisset, de Visu periclitatur. Qvod idem Medicus ep. 92. aliò exemplô confirmat. Insuper cum Venena assumta facile cœcitatem inducant, Teste Tulp. L. I. observ. Med. c. 31. aliisqve qvidni, etiam maligni Humores in corpore geniti & venenatam,

tam naturam habentes, idem Malum in Talibus febribus efficere possint? Quid tandem dicendum de intempestivo Purgationis tempore? Qvis docuit Barbitonforem in malignâ Febre ante diem 14. Purgans solutivum, de Laxativis alia res est, exhibere? ut Humoribus malignis vehementer agitatis, qvi alias mobiles nimium, ad partes debiles sed nobiles fiat metaftasis; unde cœctas orta, & reliquæ vires, malignitate cordi altius infixâ, prostratae. Legendum ipsi prius fuisset, qvid clarissimi Medici & inter alios Senn. Instit. l. 5. p. 2. f. 1. de vitanâ purgatione in Malignis annotaverit.

Responsum Facultatis Medice.

Dolendum sane, & qvidem maximè dolendum, eò deventum esse hisce nostris ætatibus, ut Barbitonfores plurimi, non dico omnes nihil nisi Barbam radere, caput lavare, venam Secare callentes, non tantummodo periculosisimos affectus manus imperita, & rastrô potius digna, nullô medicô in consilium vocatô, tentare non erubescant, sed etiam, qvod adhuc majus, Morbos internos, nullo habitô vel causæ Morbi, vel Symptomatum maximè necessariô respectu neglectaque verâ Methodo

thodō ausib⁹ temerariis, vel desperatis
 potius, sese Hominem, DEI Templum,
 tractare non considerantes, fanare non
 vereantur. Qvibus autem succesib⁹ su⁹
 potiantur Fine, testantur, proh dolor,
 Exempla Tragica non infrequentia. Ta-
 lis fortunæ sibi ipsi etiam fuit Faber iste,
 Barbiton for, qvi Febre malignā, qvod presen-
 tia signa evincunt omnia, correptus, Purgans
 medicamentum assūmisit; Hic, hōc nihil pro-
 ficiente, sed malō singulis horis ingra-
 scente, medicam demum implorat opem,
 ab hac methodicè consulitur alexipharmacum,
 nempe Tinctura bezoardica, & hoc serius exhi-
 bitum Humores suā naturā satis malignos, &
 Purgante inconsulto adsumtō, auctos, edomare
 non valuit, sed suboriri cœcitatem & mortem,
 inseqñi, concedere fuit coactum. Summā au-
 tem admiratione iſacti sumus certiores,
 non deessē qvosdam, qvi causam qvā cœci-
 tas, qvā mortis Tinctura bezoardicē obtrudere
 audeant, cum ex fortioribus metallicis,
 qvæ malē audiunt nonnullis, licet recte
 præparatis, summa fiat injuria, eam com-
 poni potent. Verum impossibile certe est,
 Tinctura bezoardicē, suam hoccē malum debe-
 re originem. Cum enim illa ex meris Vegetabi-
 libus,

libus, nullò reverâ ingrediente fortè Metallicò eliciatur, vel Lippus videt, illud malum ab hujusce usu excitari non potuisse. Quantum insuper utilitatis per 30. annos quotidiè illà permagnâ in Peste Anno 1637. hancce urbem ut & alias urbes mirum quantum infestantes, nec minus in febribus malignis & pestilentialibus Methodicè exhibita, illa humano contulerit Generi, testabitur non nostra Lipsia solum, sed plurimæ diffitæ regiones, quæ expertæ & jam jam experientes divinâ Gratia nobilissimas bujus Medicamenti vires, à venenata invidia lingua sunt vindicatura. Et tantum abest, ut unicum audiverimus, quisimile quoddam perpeſum ſeſe queratur, ut potius vires ejusdem de predicatorint omnes. Quomodo igitur hic notatæ ſuas exuere qualitates, ſolumq; iſum Barbitonſorem contra naturam ſuam enecare valuit? Purgante potius auctoribus propinato imperitus iſte Barbitonſor violentas ſibi ipſi intulit manus, quod fortasse ex vita vel antimonio male præparato componebatur. Hæc enim non recte correcta, ſapissimè & cœcitatem & alia gravia ſymptomata excitatæ, plurimorum evincit auctoritas & experientia. Positò autem, adſumtum Purgans non fuiffe male correctum metallicum,

sed

sed simplex vegetabile, utiqve & cœcitatem & mortem hic accersere non fuit insufficientis. Neqve enim decet in Febre malignâ, & qvidem Hyemali tempore, cœloqve pluvioso instituere Purgationem. Si commune illud dipterium: In Febre maligna purgare est enecare intellexisset, illud non adhibuisset. Ita enim Humores fermentantes & à malignitate nimis agitatos magis agitavit, Humores ad cerebrum, partem nobilem jamdum raptos, qvod acutissima docet Cephalalgia, magis movit, vires debiles debilitavit, motum naturæ & expulsionem per poros cutis impedivit. Humoribus malignis commotis alexipharmacâ reqvirentibus, Purgantia præbuit, & sic flammæ oleum infudit; proinde malum hocce in proprium, qvod dicitur, Non potuit non cadere caput. Utinam iners & audax Barbitonorum grex miserabile hoc exemplum intueatur, & imposterum cautius mercari discat. *Huc usq; Collegium medicum ejusq; Proceres.* Ex qvibus omnibus patet, qvod Tincturæ nostræ Bezoardicæ originem cœcitatatis adscribant Antagonistæ. Præsupponimus enim ex communi Nominis & Tem-

& Temporis connotatione intelligi hic
Tincturam bezoardicam D. Michaëlis,
qvæ ex corticibus, radicibus, & Herbis
alexipharmacis diaphoreticis, per bigam
illam spiritum in virtute suâ exaltatis,
constat. Qvamvis autem ejusmodi Ef-
fectus seu ~~creynt~~ huic Tincturæ per se
adsignari nequeat, alias aliis qvoqve idem
contigisset, qvi eâ usi sunt, qvod tamen
nemini forte ex tot millibus accidit, qvi
hanc Tincturam summa cum Euphoria
usurparunt. Per accidens tamen cœcitatem
inferre potuisse Tincturam nostram, statuere
non omnino videtur ~~et non~~ esse.

I. Qvia Facultatis Medicæ antistites Il-
lustres ipsi asserunt, Humores tam ob na-
turam Febris malignæ, qvam ante adhi-
bitum Purgans in magna fermentatione
constitutos, eosqve à Purgante Pharma-
co à circumferentia ad centrum raptos
fuisse, contra Naturæ motum per poros
expellere conantem. Qvod si verum hoc
est, uti est, facile fieri potuit, ut vi calidioris
Alexipharmaci nostri Humores agita-
ti adhuc magis agitarentur, & motu qvasi
retrogrado à centrō ad circumferentiam
denuo pellerentur; Hinc facile pars eo-
rum

rum ob mobilem hinc inde fluxum & perturbationem versus Nervos opticos propelli eosqve obstruere potuit. Purgante enim Pharmacô Humores maligni ad intestina primùm deducti, dein Alexipharmacô hòc sudorifero à centro ad circumferentiam denuò propulsi sunt, ut ita perqvam facili modò obstructio in Vasis Opticis existere potuerit, imprimis cum jamdum colluviem, vitiosorum humorum in capite præsentium vel saltem irradiationem Cephalalgia indicaverit.

II. Accedit, qvod Tinctura bezoardica die 6. adhibita fuerit, qvô Natura circa motum criticum occupata est, & sanguinis plena ad est fermentatio. Hinc facile fieri potuit, ut irrigata Pharmacô calidiori Partem malignorum Humorum ad oculi regionem deponeret, imprimis si ad præcipitationem & humorum separationem aliquo modò à Natura tentatam unà respicias. Humores enim jam separati vel separationi inhiantes accidente qvôdam stimulô & verbere qvafsi facilimè ad hanc vel illam corporis Partem inclinant. Neqve enim

III. Qvicqyam ad rem facere videtur,
qvando

qvando dicitur: Tincturam bezoardicam ex nullō vehementiori Metallico constare, proinde cœcitatem inferre non potuifse. Spiritus enim Eli omnino progeniem Metallicam agnoscit; & leve quoqve benignumqve Naturā suā medicamentum vel ē regnō vegetabili defumtum, genuinō tempore Morbi non exhibitum, multum damni apportare potest. Siqvidem Tempus Morbi probè observare cardo est omnis Therapie; Hinc occasio præceps dicitur; Sect. I. aph. I. Nam medicamenta, non tantū recte præparata, sed & verō & genuinō Tempore Morbi exhibita sunt. *Geōv. Xeīēcc*, alias sunt *Xeīēss* &c. Bruno Seidel. d. M. l. I. p. 79.

Et satius fuisset, si 6tō die locō Tincturæ bezoardicæ, tanquam ē calidiorum Medicamentorum genere fuisset exhibitum magis temperatum bezoardicum. Verè enim dixit, & scripsit Excell. Ammanus l. c. in Discursu super hunc casum: *An Tincturā bezoardicā aliquem possim interficere, qværebatur ante aliquot annos in loco Concilii?* Dico qvod sic, accidente abusu, neglectā dosi, & aliis circumstantiis; addo Ego: specie & Tempore Morbi, non observatis. Nota L hīc,

hic, qvæ Crollius habet Basil. chem. p. 165.
 Natura, inquit, confortata per $\Delta\epsilon\pi\eta\delta\eta\tau\alpha$
 seu insensibilem transpirationem sæpè et
 iam criticè per hæmorrhagiam spontè cō-
 citatam Materiam morbidam deponere
 & exonerare magnô ægrotantis levamine
 & salute insperatâ consvēvit. Qvæ ver-
 ba potissimum intelligenda sunt de Tem-
 pore, qvod dies criticos antecedit, juxta
 Hartmanni notas p. 168. Semper, inquit, an-
 te dies criticos Natura confortanda est. Sed
 ignoscant, qvæso, modestæ huic Epicrisi &
 Amori Veritatis Absentium Manes.

CAPUT VIII.

De

Medicamentis, qvæ Symbolicam
 & extemporaneam cum Tincturâ bezo-
 ardicâ constituunt formulam, seu de
 Comparatis vel Cognatis Tincturæ
 bezoardicæ.

I. **Q**vando deest hæc Tinctura nostra
 bezoardica, aliæ & extemporales
 formulæ extrui possunt, qvæ Symboli-
 cam & homogeneam vim obtinent. E. g.

Rec.

Rec. Rad. carline

enul.

zedoar. à 3vj.

Coq. in 16 j. v font. Col. Rec. 3vj. adde

effent. myrrb.

Croci

opii

castor.

Camph. à 3ß.

Θ viperar. 3j.

— ♀ 3ß.

Θ li 3ß. vel Roris miner. acidi zj.

M. In factili S. Gifft-treibendes Fieber-Tränklein/ oder sonderliches Bezoar-Tränklein auf 4. mahl (jo es von nothen ist) in warmen Wie-
re mit Butter oder in Citronen Syrup.

Vel

Rec. Extract. enul.

zedoar.

carlin. à 2ß.

Mistur. simpl. seu spir. de trib. proport.

präpar. 3iii

Θ viper. 3ß.

effent. opii.

Croci

Castor. à 3j.

L 2

Campb.

Camph. 3*fl.*

myrrh. gr. x*v.*

Succi limon. 3*j*

Syrup. berb. velfl. pap. rh. 3*v.*

M. In fictili S. Bezoardische Mixtur; davon
das vierdte Theil mit einem guten Schweiß.

Vel.

Rec. Theriac. Androm. vel Mithrid. 3*j.*

— *⊕ li* gutt. viij.

♀ vol. 3*j.* vel *.

⊖ viper gr. xii.

▼ fum. 3*iss.*

Syrup. viol. 3*j.* M. *In fact.* 3*fl.*

Mixtur auf 1. mahl.

Vel.

Rec. Theriac. Andr. 3*iss.*

Mixtur. simpl. recte pp. 3*j.*

⊖ viper. 3*fl.*

effent. camph.

opii ä g. v*j.*

Syrup. de scord. 3*v.* M.

In factil. S. Mixtur auf 2. mahl.

II, *Mistura simplex genuinò modo preparata*, ita ut — Theriacalis efficacis sit vel infusionis vel destillationis, spir. ♀i vero & ⊕ li

¶li aptâ proportione admisceatur, magnam cum Tincturâ bezoardicâ affinitatem habet. Hinc quoque Excellentissimus quidam Medicus: Tinctura, inquit, bezoardica nihil est aliud, quam Miftura simplex colorata, & ratione precii, non, vero ratione efficacî exaltata, uti loquuntur, qui peculiarem enchiris in hic jactitare solent. Quamvis Epicrisis haec Insignis Practici, non *απλως* vera esse mihi videatur. Siqvidem

I. Infusa &c tis efficaciora sunt; Hinc Ex-cell. Ludov. p. 262. Pharm. Infusa simplicissima quoque cum ardente communi vel prius à parabilioribus gratiорibus quo abstractio spiritu, ritè parata, saltem pollentioribus aliquot extractioni que reverà subjectis debitè saturatâ destillatas omnes, scil. vs vitæ, Tincturas, & Essentias alexipharmacas manifestè antecellunt.

Proin non facile quis inficias ire potest, spiritum Theriacalem &tum ab Infuso nostro Theriacali longè quoad vires unitas superari. οὐόΦηΦοι hīc habemus Zvvelferum, qui Mantissa herm. p. 430. de spiritu theriacali & infuso itajudicat:

Spiritum Theriacalem camphoratum
per infusionem parare satius esse puto, qvam
per destillationem, ratio est, qvòd peracta
destillatione, si modò præscripto conficia-
tur, potior pars in fundo remaneat, non
solum Theriacæ, sed etiam Myrrhæ &
croci. Si itaqve libuerit, fiat ejus præpara-
tio in hunc modum:

Rec. Myrrb. opt. 3ij.ß.

Croci austri. 3fß.

Qvibus incisis & contusis affunde spir. vi-
ni rectif. 3vi. Digerantur aliquandiu, Tin-
ctura decantata filtretur; postea ex resi-
duo, Myrrhâ scil. & croco jam semel ex-
tractis, affusô recenti vini spiritu paretur
extraictum, qvod adjustam consistentiam
abtractum, superiori essentiæ addatur.
Tandem etiam

Rec. Theriac. Androm. 3v.

Cui superinf. spir. vini vel Junip 3v. fa-
cta qve digestione separetur liqvor, qvi si
possibile est, filtretur, & superiori Essentiæ
ex Myrrhâ & croco paratae jungatur.
Postea solvantur in 3j. spir. vini rectif.
Camphoræ 3ij, qvæ similiter cum priori-
bis mixtis essentiis uniantur. Unitæ hæ
essentiæ

essentiæ omnes *lenissimō saltem calore vel teperc* in vase optimè clausô & altô septimanâ unâ vel alterâ digerantur, factaque colatura & iterata filtratione Essentia de niqve usui asservetur. Hujus Processus formulam, qvamvis huc directe non pertineat, ideo transcribere placuit, quod ferè coincidat cum *Infuso Theriacali nostro*, cuius supra mentionem fecimus, & satis sic genuina sit ac rationalis.

2. *Spiritus Theriacalis magna pars ē Theriacā jam confecta vel per dū vel infusione conficitur, qvi hōc modō præparatus tam efficax, purus & rationalis non est, ac si pauca, efficacissima & homogenea alexipharmacā per se, aequali proportione, sufficien- tiq. pondere recentia extrahantur.*

3. *Quando spir. vitrioli subtilior seu Ros mineralis acidus nec non spir. ♀ volatilis & oleosus, genuina proportione spiritui Theriacali miscentur, nullam ferè præ Mixturā simplici Prerogativam obtinet hōc respectu Tinctura bezoardica. Quem verò latet, loco spir. ♀ volatilis oleosi vulgare quodam stigma vitriolico ♀ reum acidulum, loco verò spiritū vitrioli subtilioris gravem il-*

lum, ponderosum & causticum ferè spiritum ab Ardelionibus emtum, nulla habita proportione spiritū vitrioli & ♀ à Pharmacopæis qvotidiè dispensari, aliisq; medicamentis, & ita qvoqve spiritui Theriacali in præparatione Mixturæ simplicis superaddi? Proinde Tinctura bezoardica, qvoad primariorum Ingredientium Trigam, Medici nationalis propriis Manibus preparata, & verè, ut hōc termino utar, proportionata multis parasangis precurrit Mixturam simpli-
 cem. His suffragatur qvoqve Möllenbroccius de Arthrit. v. scorb. p. 83. Tinctura, inquit, bezoardica, male à qvibusdam Mixtura simplex santalo rubro tincta nominatur & Hæc pro ea venditur, maximè enim Tinctura bezoardica & Mixtura, simplex inter se differunt. Huc usq; Möllenbroccius. Ob spiritus ♀ cum Theriacali & ♂li spiritu non proportionatam miscellam, sinistramqve præparationem, procul dubio non adeò est diaphoretica, Mistura simplex, imprimis qvando confetas guttulas in dosi non transcendunt Therapeutæ. De qvô conqueritur Medicus qvidam sagacissimus Prodromo Chirurg. infus. §. 6. p. 11. Sigillatim, inquit, Mi-
 sturæ

sturæ simplici Paracelsicæ legitimè quantumvis factæ non leviter fui indignatus, utpote , qvod medicamentum post Theriacæ & Mithridatii confectionem, polyphemum & sudoriferum in Morbis acutis exiitatum Regem non modo ipse frustra quandoqve adhibui , sed æqvè vano successu ab aliis etiam me facile majoribus frustra nonnunquam adhibitum perspexi. Qvod si enim subiisset venas, impossibile penè fuisset, ob spiritū Theriacalis miscellam sudorem non moyisse,in iis maximè , qui stragulis benè cooperiebantur,& vias primas ab impactu humorum habebant liberas. Unde damnasse propè Ejus Usum in curā Agonizantium qvorundam , qvia adstrictiora ipsius à Glo dependens Vis mihi erat valdoperè suspecta. Hæc ille.

Etenim si spir. ♀ propriā Medici manu destillatus volatilis & oleosus genuinō pondere spiritui Theriacali & Glo miscetur,& postea legitimā dosi exhibetur, sudor satis largus erumpet. Spiritus enim Tartari potissimus diaphoreseos auctor est, non miscella Theriacalis. Notum verò est , qvod loco spiritū genuini Tar-

L 5 tari,

tari acidum ardelionum stigma à Pharmacopæis sæpiissimè coëmatur, & Misturæ simplici commisceatur, qvæ forte 20. guttulas illius stigmatis singulis dosibus nuptas habet, cum tamen vel 60. guttæ stigmatis hujus Tartarei acidi solitariè sumtæ vix cutim madefaciant, qvod propria Experientia non unâ vice me docuit. Proinde Mixtura illa simplex vulgaris *Cadaver* qvoddam est Mixturæ alexipharmacæ, qvando *genuino & in pondere suffici-
enti spiritu Tartari* destituitur. Nec pro-
venit imminuta diaphoresis à spir. vitriolive-
nas constringente, & atomos reliqvorum
ingredientium diaphoreticas qvæsi figen-
te, uti putat Excell. ille VIR, cui sententiae
& ipse obviam it & contrariatur D. Dan-
Horstius in responforiis p. 45. Chirurg.
inf prodrom. Medicamenta, inquit, cor-
dalia, acidiuscula nihil sinistri efficiunt,
non enim omnia acida semper & ubique
adstringunt, maxime in Morbis & febri-
bus malignis, ubi in specie Mixtura sim-
plex & alia rite parata insigne quoque est
deoppilativum pharmacum, ut & clyffus
& acidulæ & alia & alia, ut immerito ab iis
metuenda sit vis adstrictoria, si præsertim
cum

cum camphorâ & aliis alexipharmacis
misceantur.

Accedit, qvod vis diuretica, incidens,
attenuans, & diaphoretica etiam in spiritu
vitrioli curiosè non re&tificatô lateat, qvæ
supra ex Schrödero, Odoardo de Pepulis
& Hofmanno adducta est. Imò posito,
spiritui vitrioli, juxta incidentem & aperi-
tivam inesse quoqve vim adstringentem,
per spir. tamen Vini partim, partim vero
¶ tanquam unicum Tincturæ hujus be-
zoardicæ & genuinum Menstruum, ita
ea infringitur, ut Θia acida & Θfa harmo-
nicè quasi coëant, & vi unitâ operentur.
Assumitur quoqve spir. vitrioli subtilior,
seu Ros mineralis acidus & paucâ qvâtitate
si reliquum Theriacalis & Tartarei spi-
ritûs pondus supputes; Hinc unâ dosi Mi-
sturæ simplicis vel Tincturæ bezoardicæ
vix guttæ i v. spir. vitrioli adeò tamen in-
fracti & quasi alcalifati una exhibentur,
qvæ neqve venas constringere, neqve
vim diaphoreticam Reliquorum sufflamini-
nare possunt. Hinc patet, qvam labilis
sit Ratio nostra in argumentando, qvando
in Genere, & non probè ponderatis omni-
bus circumstantiis de re aliquâ judicare,

præsu-

præsumimus. Neq; enim, qvod pace tan-
ti viri monere liceat, sufficit dicere: Mixtu-
ra simplex nullius precii & valoris est, in
Febribus malignis, qvia spir. vitrioli aci-
dus vim habet constringendi, astringendi,
obstruendi. Siquidem,

1. Dubitatur adhuc à Multis, an spir. vi-
trioli adeò sensibiliter adstringat & obstru-
at, qvin potius attenuet, incidat, uti ex su-
perioribus constat.

2. Pondus quoq; spiritū vitrioli in-
singulis dosibus Mixturæ simplicis exa-
minandum est; an tanta sit ipsius moles,
qvæ tam noxiam astringendi vim post se
relinquere poscit, contrarium vero pate-
bit ex supputatione superiùs factâ.

3. Circumspiciendum probè est, num
Corrigens qvæsi qvoddam adfit acorem
infringens, qvod omnino sunt Θia alcali-
ca & Θsa, ex Theriacâ, viperarum addita-
mento & spir. ♀ vel * reviviscentia, qvæ
omnino Acidum infringunt.

4. Inqvirendum quoq; est, ante-
qvam *in genere* de aliquâ re judices, in Præ-
parationem singulorum ingredientium
alicujus Compositi, ne per se Medicamen-
to tribuas, qvod malæ vel seqviori Præpa-
rationi

rationi tribuendum est. Notæ enim sunt
ubiq; Pharmacopæorum Fraudes, Negli-
gentia, Ignorantia & quid non?

Manet itaq;ve inconcussum, qvod Mi-
stura simplex *in se* considerata & genuinè
præparata ex genuinè præparatis legitime-
que mistis optimum & polychrestum sit
Medicamentum, cum Tincturâ bezoardicâ
nostrâ ex omni parte symbolum ha-
bens, attamen hâc ipsâ aliquo modô infe-
rius, qvod verò, (repeto τὸ ἀντικείμα-
το;) Pace Tanti Viri dictum esse velim,
qvem cætera maximi æstimo, & sanctissi-
mè colo.

Superpondii vice adjicere placet ali-
qvalem & ulteriorem Thesin & Antithe-
sin, qvâ opposita juxta se posita magis elu-
cescunt, & Natura symbolica ac homoge-
nea Tincturæ bezoardicæ & Misturæ sim-
plicis stabilitur. Animi saltem gratia.

I. THESIS

MIXTURA simplex *Rectè, Plenè propriisq;*
Medici Manibus parata, & Tinctura bezoar-
dicæ modô supra descripto confecta, spe-
cie non differunt, sed amicum inter fe-
symbolum & Naturam prorsus homo-
geneam habent.

Qvia

Qvia utrumque Medicamentum convenit secum ratione 1. Numeri Ingredientium 2. Naturae 3. Doseos 4. Virium.

Tinctura enim & Mistura recipit

1. Spiritum Theriacalem camphoratum, vel Infusionem Theriacalem, spir.
¶ spir. Oli, vel hujus loco Rorem mineralis acidum.

2. Triga horum spirituum in Tincturâ bezoardicâ non aliam & ab eâ diversam induit Naturam, quam habet in Mistura simplici.

3. Dosis utriusque Medicamenti eandem probant hoc modo Ratio, Testimonia Auctorum & propria Experientia.

4. Vires eadem sequuntur eandem Naturam, Numerum Ingredientium &c. Vide append. de Misturâ simplici.

II. Antithesis levis armaturæ. Dicunt
Antagonistæ :

Mistura simplex specie differt à Tincturâ bezoardica, & aliam plane Naturam habet :

Qvia

I. In Mistura simplici tria tantum sunt Ingredientia, in Tinctura bezoardica quatuor,

tuor, nempe Theriacalis, camphoræ, & tis diaphoreticus.

2. tis diaphoreticus ingreditur
Tincturam, non Misturam.

3. Non est colorata, uti Tinctura bezardica. Color purpureus vero non est de Nihilo. Veteres hinc Confectioni Alkermes, ut egregias superaddant Vires, addunt Sericum. Medici filo purpureo, quod anguis strangulatur, tollunt feliciter anginas Primeros. L. 3. c. 20. de Err. vulgi. Ut & Renat. Moreau & Cl. Th. Barthol. de Angin. Epidem. Neonymphæ ab Incantatione sibi serico cavent, & hoc ipso Serico rubro, quod die Braut-Seide vocant, Menstruorum immodicum fluxum prohibent. Aurigæ ab Eqvis Fascinum abigunt panno rubro.

Resp. ad 1. Perinde est, sive sumas spiritum Theriacalem camphoratum coniunctim, sive spir. theriacalem & spir. camphoræ seorsum, necesse enim est, ut aliquando uniantur.

ad 2. Neque spir. adeo superat spir. vitrioli vulgarem, neque spir. & spir. vitrioli vulgaris, absolutæ necessitatis sunt, in præparatione Tincturæ & Misturæ.

Plus

Plus uterque nocet, quam prodest. Nimis enim præcipitat camphoram, nec non spiritus ♀ vel * volatilitatem frangit. Ros mineralis acidulus utrumque hic superat; subtilis tantum acor in Tinctura & Mistura reqviritur, sub quo Camphora, & volatilitas Tartarea vel armoniacalis urinosa tutius latet.

Ad 3. Color non curat, sed tantum Fucus est Medicamenti: Mixtura simplex & Tinctura bezoardica, utraqve, sine colore extraneo præstant, quod præstare possunt. Sericum in confectione alkermes est inutile. V. Zvelfer. Castellan. Eu-stach. Strobel. Excell. Lud. Pharm. mod. sec. appl. De Reliqvis adhuc sub Judice, Lis est, & pleraque superstitionem redolent; Et si vera essent, qualis exinde sequela & applicatio ad colorem Tincturæ bezoardicæ.

Tantum.

APPEN-

APPENDIX COL. LECTANEA

DE

Mistura Simplici,

MEMBRUM I.

DE

Nomine.

Nonnulli Practici hodierni vocant
hoc Diaphoreticum Paracelsi in per-
acutis Mixturam simplicem; Est ni-
mirum Medicamentum composi-
tum per se ex Tartari spiritu, spiritu the-
riacali, Myrrha & spir. vitrioli. Sed quod
postea ad varias Mixturas qvorumlibet
aliorum Miscibilium, aliis Morbis utilium
tanquam Basis usurpari & misceri possit;
Eius respectu vocatur *Simplex*. Crollius
Basil. chem. p. 160. Rolfincius chem.
p. 150.

Paracelsus vocat *Arcanum Caduci*, cuius
curandi Fundamentum à vitriolo, & non
aliunde peti debet. (quod tamen falsum
est) *Mistura de Tribus*, seu *de tribus spiritibus*

M etiam

etiam dicitur, Tot enim constat ordinariis ingredientibus, itemq; *spiritus* & *compositus*. Et p. 254. l. c.

Conſvetudine qvâdam *Mixtura simplex* dicitur, ad differentiam aliarum, qvæ hanc agnoscunt basin.

Plures hanc *Mixturam simplicem* vocant, vel *Mixtura de Tribus Vitriolata*m. Tentzel. Exeg. Chem. in Ang. Sal. p. 655.

Hofmanno audit *spiritus Bezoardicus* Meth. med. p. 143.

¹⁴³ A Excell. Ludovico Gothano nomen *Mixtura polychresta* Ipsi imponitur. Pharm. mod. sec. appl. p. 284.

Experientissimus D. Petri de Card. bened. p. 290. 291. vocat *Mixtura simplicem*, *Geo Theriacalem camphoratam*. Itemq; *Mixtura simplicem diaphoreticam*.

Dicitur quoq; *Pestilentialis camphorata Andernaci*, itemq; *Mixtura simplex Andernaci*, *Mixtura Paracelsica*. *Polyphemus & odoriferorum in Morbis acutis Rex*. Vide *ſgaciff. Major. Chirurg. infus. Prodr.* p. 12. A Mulierculis *Lipiæ* vocatur die *weisse Bezoar*-*Tinctur*/ qvia saporem & odorem habet *Tincturæ bezoardicæ*, non co-
lorem.

MEM-

M E M B R U M II.
D E
A U C T O R E.

PAracelso Auctori tribuunt spiritum il-
lum ē spiritu vitrioli, ♀ & ♂ theriacalī
compositum. Descripsit eum Joh. Guint.
Andernacus de veteri & novâ Medicinâ
Part. II. p. 658. ubi vide sis Senn. Inst. med.
p. 1367.

Idem de Febr. p. 121. de coct & Præp.
Humorum. Mixtura illa, seu spiritus com-
positus ex spir. ♀ correcto, ♂ theriacalī
camphorata & spiritu vitrioli huc perti-
net, qvem malè ē Recentioribus qvidam sibi
vendicat, cum tamen Descriptio integra
extet in Joanne Gainterio Andernaco de no-
vâ & vet. Med. part. 2. p. 657. & ejus rudi-
menta etiam in Paracelso inveniantur.

Rolfinc. Chem. p. 150. Primus hujus
Medicamenti Auctor est *Paracelsus L. de*
Rebus nat. c. 8. Ubi vide sis. Hofm. Meth.
med. p. 143. Spiritum vitrioli, ut vires ac-
qvirat majores, *Paracelsus* exaltandum do-
cet, per spir. Tartari optimè rectificatum,
& Essentiam Theriacalem camphora-

M 2 tam,

tam. Mæbius Anatom. Camph. p. 39.

Hujus Compositionis non primus est auctor Andernacus, ut quidam putant, sed Paracelsus, qv it. 6. c. 8. de vitriolo p. 189. 190. expressis eandem compositionem proponit; qvam vide sis. Excell. Ammannus Schediasmate MSC. de Tinctura bezoardicâ: Non desunt, inquit, qvi tribuunt Inventionem Misturæ simplicis Johanni Guintherio Andernaco, qvi sub Nomine Aquæ Theriacalis camphoratæ, Eandem nobis descriptam reliquit. Alii Paracelso Heuretæ adsignant. Nam hujus Mixturæ Rudimenta adducit in L. de Peste ad Störzingenses & L. de R. N. c. 8. Verum enim verò, si Historiam Medicorum intueamur, deprehendimus, qvod Hi duo fuerint coætanei; Imò Andernacus Ipso Theophrastô ætate & Annis si non superior, non tamen Inferior extiterit. Obiit enim Ille Argentorati in summo Senio constitutus Anno 1574. d. 4. Octobr. Hic autem anno Ætatis 48. Juvaviæ vel Salzburgii Anno 1541. d. 27. Septembr. Ut videre est in Epitaphio Lapii sepulchrali Ibidem inscripto. Exigua itaque vel nulla, ratione Ætatis, intercedit Differentia.

Hinc

Hinc vero similius est, Andernacum, qvia
solide doctus fuit in Pharmaceuticâ &
chemicâ, hoc medicamentum primò in-
venisse, Paracelso autem fortè propterea
adscriptum, qvia in Peracutis & in specie
in Comitiali Morbo s̄æpius usurpavit.

MEMBRUM III.

DE

Materiâ ex qvâ seu Procesibus
Misturæ simplicis.

PRocessuum variam *2lætrūm* Vide,
apud Crollum Basil. Chem. p. 160. seqq.
Angelum Salam in *Frologiâ* p. 136. seqq.
Tentzel. Exeges. Chemicatr. p. 656. seq.
Sennert. Instit. Med. p. 1367. 1368. Zvvel-
ferum Mantiss. Herm. p. 429. 430. Rolfinc.
Chem. in Art. form. red. p. 150. p. 254.
Hofm. Meth. med. p. 143. Clav. pharm.
Schröd. p. 53. Instar omnium verò Formu-
larum erit Formula seqvens, qvam Excel-
lentissimus D. D. Ludovicus, Gothano-
rum Hermes gratus mecum commu-
nicavit.

Rec. spir. Theriac. aliquantum campho-
rati P. V.

M 3

¶ propriâ

¶ propriâ manu & neqve rectif. p. x.
¶ li viridi p. I.

Spiritum Theriacalem simplicissimè paravi superinfundendo spiritus vini, vel frumentacei rectif. P. VIII. Theriacæ seu Usualis seu Nostræ compendifactæ P. i. post aliquot dierum digestionem, sine Colaturâ vel filtratione, qvia Crassamentum sponte subfidet, & repetitâ qvandoqve agitatione Reliquias suas superstanti liqvor didere potest, in usus suos repono. Scio, qvod melle potius saturari dicitur ejuscemodi spiritus, species minùstactas relinqvens; Verùm Mel hoc per Fermentationem effentificatum est, qvasi Hellmontiano more, & Experienciâ constat, qvod si dimidio prædicti spiritus mellea prius, & altero hinc dimidio Remanentia extrahatur, Liqvor commixtus non sit validior, ceu plus vice simplici curiositatis causâ id tentavi; De cætero tinctus ita spiritus mihi satis camphoratus est, si tib⁹ s⁹ Essentiæ seu saturatissimæ solutionis Camphoræ in spir. vini alcolisato factæ zij zjj. præter propter adjicantur; Qvomodo spir. ¶ & vitrioli roridus confici debeant, vide supra de Tinctura bez. caput III.

Theriacæ,

Theriaca Excell. Ludovico usualis

Formulam subjicere placet:

Theriaca, inquit, mihi usualis, Proportionem opii, Castorei, Croci, viperarum, &c. servans, expunctis supervacuis, ceu postmodum & Zvvelferus fecit; h. m. confitetur:

Rec. Terr. sigill. strig. 3ij

Rad. Carlin. 3x.

Myrrh. rubr.

Fl. ♀

Rad. Zedoar. 3ij.

Dictamn. alb.

Opii tosti pulver.

Viper. nostr.

Baccar. herb. Par. 3vj

Lauri

rad. enul.

angel.

Doron

vincetox

Tormentill.

Cinnamom.

Scord. nostr. 3ij.

Nucif. 3ij.

Caryoph. aut succin. 3j.

M 4

Caryoph.

Caryopb.
Cubeb.
Cardamom.
Galbani
Croci à 5j.
Castor. 3j.
Mell. lib. 3xii.
Junip. lib. j.

M. In sunt qvædam Extractioni inconvenientia (*si scilicet ex bâc Theriacâ usuali spirum Theriacalem ad Misturam simplicem confere libeat*) sed reliqua tamen sufficientissima se præstant, uti Ipsum Electuarium in substantiâ. Huc usqve candidissimus VIR in literis ad me datis.

De spir. vitrioli.

Eô in locô Paracelsus haudqvaquam spir. vitrioli conimum, prout in officinis prostat, sumit, sed spir. vitrioli striatum, aliquoties h. e. octies vel novies de ☽ abstractum, vel imbibit vitriolum spir. vini rectificatiss. & deinde instituit solutionem, & sæpius repetitam cohobationem. Mæbius anat. Camph. p. 39.

Locô dicti spir. vitrioli etiam addi potest spir. vitrioli philosophicus, spir. ♂is striatus,

striatus, ac benè depuratus, vel etiam spir.
trium mineralium p. 39. Mæb. anatomi.

De spiritu Theriacali.

spir. Theriacalem habebis elegantiorem,
ac præstantiorem, si loco spir. vini simpli-
cis sumas spir. baccarum Juniperi, florum
sambuci, scordii, Angelicæ, vel Zedoariæ.
p. 38. Mæb. anat. Camph.

MEMBRUM IV.

DE

Fine & usu Misturæ simplicis in va-
riis Morbis, ubi Qualitates ejus è Formâ
internâ ingredientium & compositio-
nis modo fluentes unâ tan-
guntur.

Collius Basil. Chem. p. 161.

Est in Infinitis, Gravissimis præser-
tim Acutis Morbis summum Diaphore-
ticum, in Epilepsia feliciter curandâ ex-
cellit. Pleuriticis præsens est remedium,
obstructiones viscerum solvit, inflammatio-
nes sedat, venenum à corde ad exterio-
res Partes per sudorem expellit; Febrium
æstum compescit, ea:rumq;ve Materiam
consumit, Melancholicis prodest, Matri-

M. 5 cem

çem frigidam calefacit, & suffocationes hystericas fistit, Menstrua provocat superflua fistit.

Sennertus Inst. Med. p. 1368.

Commendatur ad plurimos Morbos, ad omnes Obstructiones viscerum reserandas, ad Pleuritidem, ad Menstrua provocanda, uterum calefaciendum, ad venena, ad malignam Materiam in Febribus per sudorem discutiendam. Dosis ad $\frac{1}{2}$. In convenienti liqvore.

Idem de Curat. Scorb. p. 94.

In scorbuto poterit & spiritus ♀ compositus, qvem vulgo Mixtura simplicem nominant, in jusculo Carnis vel alio convenienti liqvore exhiberi. Et p. 12. Ad sudorem in scorbuto Mistura simplex exhiberi potest.

Idem de Febr. p. 121. de Coct. & præp.

Et spiritus hic ♀ compositus, seu Mistura simplex, in Putridis simplicibus plurimis, non omnibus tamen, nam in Biliosis puris ob \triangleright theriacalem non ita convenit, præcipue Malignis utilis, cum præter dictas spir. vitrioli vires & malignitati resistendi ac vim diaphoreticam habeat, ut ex iis, è quibus comparatur, Medicamentis, facile animadvertere est.

Idem

Idem p. 507. de Febr. mal. & Curat. Pestil.

Insignes etiam in hisce Febribus vires habet Compositus ille spir. ex spir. ♀, ♀ li, & v theriac. Hœferus Herc. med. p. 90. Palpitatio Cordis tanta aliquando esse potest; ut etiam costas Incurvet, & Hominē gibbosum faciat. Remedium esto Mixtura simplex, cuius Medicamenti nomen quidem absonum videtur, ut & multa alias sed si R̄s est Integra, parum curamus Quid Nominis.

Rofsin:ius Chem. in Art. form. red. p. 150.
Vires habet incidendi, attenuandi tenuitateq;e substantiæ universum corpus sine ullâ molestiâ penetrat; In Epilepsia vix præstantius excogitari posse remedium monet Paracelsus. Pleuritidis præsens est remedium; obstruções Viscerum mirificè solvit, Hypochondriacis & Melancholicis prodest, in Febribus ardentibus & malignis auxiliares præstat operas, earum Materiam dissipat, & per diaphoresin à centro ad superficiem expellit, & absimit.

Hofmannus Metb. med. p. 144.

Vim habet attenuativam, Discutientem & resolventem, & unā præcipitatem,

tem, quæ non satis depraedicari potest; Hinc reserat obstrunctiones Viscerum, Purgat per sudorem & urinam Ideo quæ utiliter adhibetur in Epilepsia, Paralypsi, Scorbuto, Febribus malignis, Ardentibus, Continuis & Intermittentibus, colicâ passione, imò in Purificatione totius Massæ sangvinæ summè utilis est.

Idem in clavis Pharmac. Schröd. p. 52.

Hæc Mixtura, si rectè conficiatur, magnarum est virium in Febribus tam boni, quam mali moris.

Et p. 53.

Hujus Mixturæ seu Diaphoretici Usus non satis depraedicari potest in omni ferè Morborum genere; Et in primis in Febribus tám intermittentibus, quam continuis mirificos ejus non satis possum depraedicare effectus. Imminente febrili insultu; si illico hujus 30. vel 40. aut ultra, guttulæ in cerevisia vel vino propinentur, cum injuncto sudore per horulæ spatiū, Febris certè ulteriores non facile faciet accessiones. Instante & præsente etiam jam Febris Paroxysmo, quid tutius est propinata dosi aliquâ hujus Diaphoretici? Imò in omni Affectus initio, ubi de Ejus Naturâ & Ideâ

& Ideâ nondum constat , tutus hujus usus est.

Odoardus de Pepulis Catal. medic. spagyr.

p. 37.

Præ omnibus aliis Medicamentis & Arcanis deoppilativis spiritus iste , qui ex tribus constat spiritibus , vitrioli , ♀ & theriacali camphorato in tollendis omnibus obstructionibus antecellit . Medetur quoque Febris pestilentibus & malignis . Harum namque malignitatem per sudorem , & insensibilem exhalationem propellit , dolores arthriticos obmulcit ; Hydropem juvat , Icteritiam abolet , calculum frangit , Erysipelati & Pleuresi præmissâ tamen præcipue in robustioribus sanguinis missione , conductit , nec non in Dysenteriâ Epidemiâ & de bachante Peste excellentissimum extat alexipharmacum .

Diemerbroeck de Peste p. 204.

Maximopere , inquit , commendat *Matthias Untzerus* Mixturam simplicem , eamque scribit superare & longò stadiò post se relinqvere omnes alias ∇ theriacales , seu pestilentiales , ceteraque quævis antidota , quocunq; etiam nomine appellanda veniant , utpote in qua credit latere omnia Requisita ad perfectam , absolutamque

*lutamq; Morborum pestilentium Curationem
propriè spectantia.*

*Excellentissimus & Experientissimus D.D.
Ludovicus Pharm. med. seculo applic. In
Pleuritide ferociori & quasi maligna Mi-
xturam simplicem tanquam elegans Rupto-
rium & Resolvens commendat. Itemq;ve
in Febribus continuis & plerisque mali-
gnis in principio & circa statum, quando an-
xietates illae maligne nonnunquam propul-
lant; vide l.c. p. 283. Therapiam Februm
malignarum & continuorum, lectu & ob-
servatu dignissimam.*

D. Timaeus à Gildenklee Cas. Med.

I. In Tertiana Intermittente exquisita
dedit die 2. Decoctum cholagogum, 3. 5.
& 7. die horis 2. ante invasionem ad discus-
sionem Materiae febrilis Mixturam sim-
plicem tanquam specificum sudorificum,
alterans simul & Putredini resistens, cum
euphoria. Vid. Historiam Morbi L. 8.
cas. IX.

II. In Quotidiana Intermittente post U-
sum Clysteris, itemq;ve Præparantium &
educentium Humorem pituitosum, nec
non variorum incidentium, Attenuanti-
um & Detergentium, postremum quoq;
ad

ad Diaphoretica descendit, & provocat sudores in hac Febre ante paroxysmum per Mixturam simplicem. vide Cas. XVI. L. 8. de Febre Qvotid. Interm.

III. In Qvartanâ scorbuticâ post Lenitivum, Venæfectionem, Præparationem, concoctionem, & Educationem Materiae febrilis, nec non alia Convenientia, & specifica Pharmaca tandem qvoq; Misturam simplicem adhibet, & sic Diaphoreticis oppugnat Febrem, exhibuitq; istam Misturam pervices, qvō factum est, ut sudores copiosi proruperint, qvi qvoq; sponte, in declinatione Febris subsecuti sunt, ut æger brevi post solsticium Hyemale sanitati Restitutus fuerit. V. Casum XVII. L. 8.

IV. In Semi Tertianâ post Decoctum præparans Materiam febrilem, nec non Laxativum tandem ad dissipandam Materiam morbificam Mixturam simplicem pro 3. vicibus præscripsit V. Cas. XXI. L. 8.

Mab. Anatom. Campb. p. 39.

Compositum hoc Totum Corpus potentissime penetrat, obstruktiones referat, Circulationem sanguinis promovet, spiritus cum Vitales, tum animales recreat, laudabiles-

bilesque effectus quam plurimos post se
relinquit.

Idem p. 49. ibid.

Mistura simplex Paracelsi à Multis non so-
lum propter alia Ingredientia, sed in pri-
mis quoque propter Camphoram addi-
tam pro Digestivo Universali habetur; potest
que summo cum fructu dari, cum *ante*,
tum post Purgantia, cum in morborum
Curatione, tum Præservatione ab iis.

Qvibus Morbis porrò profit, vide Ca-
put V. de Tincturæ bezoardicâ, ubi etiam
ad Misturam simplicem pertinent Regu-
læ therapeuticæ, quas circa usum genui-
num & rationalem Tincturæ bezoardicæ
observandas esse monui.

Huc pertinet *Mistura hujus Misturæ*
cum aliis medicamentis convenientibus,
Sennertus de Cur. Scorb. p. 110. seqventibus
eam miscet.

Rec. ♂pir. ♀ Compos. qvem vulgo *Misturam*
simplicem nominant zjj.

Extr. gran. Junip. zjj
pimpin.

calam. arom. à 3β.

Croci 2β.

Essentia,

Essentiae, vel in defectu, succi coclearia na-
sturt. aq. à 3ij

Syr. Cinn. à 3j

fumar.

acetos.

Citri à 3j.

Misceantur omnia, exactè digerantur,
 coalentur, Dos. 3j. ad 3ij.

Mæbius Anatom. Campb. p. 39.

Huic Misturæ ita paratæ si sociatur Extractum Galegæ, scordii, centaurii min. Cardui bened. angel. Valerian. Saffafr. Ligni sancti, vel similiūm, elegantem Timeturam seu Elixir bezoardicum habebis; Etp. 40.

Rec. Mistur. simpl. ritè par. 16 j.

Extract. Galeg.

Valerian.

fl. peqn. à 3ij.

vel 3ij.

Digere calore lenissimo, per noctem, ac deinceps in Vitro bene munito in loco frigido ad usum repone.

Ibid.

Rec. spir. theriac. campb.

¶ bene rectif. p. IV.

trium mineral. p. I.

N

Extr.

Extr. fl. pap. rb. 33.

M. Digere S. Tinctura antipleuritica.

Pro usu diverso etiam Θια volatilia pos-
sunt admisceri, à qvibus vis aperiendi ex-
altabitur. Idem ibid.

*Rofinicius Chem. in Art. form. red. p. 254.
255. feqq.*

Mistura hæc simplex, inquit, Basin con-
stituit variarum Misturarum composita-
rum, Qvasibi proponit: Hinc Mistura hæc
ingreditur ipsius Misturam Antapople-
ticam, Antepilepticā, Antidinicam, An-
tiparalyticam, Ophthalmicam, An-
tiasthmaticam, contra Tusim, contra Cordis
infirmitatem, Misturam stomachalem,
Antisceletyrbicam, Misturam contra Cal-
culum, contra Pestem, Misturam sudori-
ficam catholicam. Qvamvis verò Mistu-
ræ hæ compositæ, qvibus Mistura simplex
l. c. miscetur, modestam patiantur, qvin-
reqvirant, Censuram, dum ingredientia
illarum Misturarum vel sint superflua, &
homogenea habeant superiora, vel de vi-
ribus parū in Mixturam seu liqvorem
deponant, vel multa separatim affuman-
tur melius, plurima se invicem destruant,
& in aliud planè Ens, aliamve Naturam
conver.

convertantur; negari tamen non potest,
 Misturam hanc simplicem, qvod etiam de
 Tinctura bezoardica suprà monui , aliis
 Homogeneis , vel etiam Heterogeneis,
 suas verò qualitates in Mixto servantibus,
 pro Naturâ & Tempore Morbi misceri, &
 sic quasi ad intensiores vires compelli pos-
 se; sint tamen talia Symbolica , Homoge-
 nea &c. Medicamina, qvæ separatim qvo-
 qvæ in Apparatu Pharmaceutico necessa-
 riò extare debent , ne Misturæ simplicis,
 vel Tincturæ bezoardicæ gratiâ Remedia
 multiformia parentur,qvibus & in simpli-
 ci,& compositâ dispensatione carere pos-
 sumus. Reliqua,qvæ de Opposito & Com-
 paratis seu Cognatis hujus Misturæ sim-
 plicis moneri aut de aliis Membris ordinis
 Thematici latiis diduci potuissent , par-
 tim Tinctura bezoardica jam complecti-
 tur in suâ *έξετάσει*, partim non opus est,ut
 prolixius hæc enucleentur. Tribus tan-
 tum verbis indicare,qvin potius in Memo-
 riā revocare & colligere libuit , Qvæ de
 Nomine,Auctore,Procesibus,& Usu hu-
 jus Misturæ simplicis in variis Auctoribus
 sparsim habentur,ut Tinctura bezoardica
 Misturæ simplici & Hæc illi lucem Natu-

N 2

ræ ho-

ræ homogeneæ & Usū symbolici sceneretur; cum itaqve jam perfundus sim proposito mihi labore per DEI gratiam, Eucharistiam hanc calamus eucharisticus Coronidis vice subjicit:

DEO PATRI, FILIO, Spiritui Sancto, sit Gloria!

Paracelsus
Lib. Philosoph. de bonâ & malâ
Fortunâ.

So hoch ist der Mensch begabt/ was Er sich unterstehet/ und die Lehre / Fleiß/ Sorge dazu braucht / Er erlangts. Alle Dinge liegen in der Erfahrenheit/ in dem Lernen/ Schießen/ und dazu nicht feyren/ nicht schlafen/ nicht faul seyn/ nicht langsam/ sondern emsig und fleißig/ ohn unterlaß dem Dinge nachgehen/ dem du nachstellest. Denn also ist der Mensch begabt in seiner Vernunft/ so er sie übet/ daß er herfür kommt nicht allein in zeitlichen Dingen/ sondern auch in Weisheit/ Vernunft/ und sinnreichen Thun. Der aber verzagt ist/ und meyнет/ es sey nur ein gelehrter Mann/ und weiter möge niemand gelehrt werden/ derselbige wird nicht gelehrt; Der aber gedenkt/ du bist so wohl ein Mensch/ als der Gelehrteste auf Erden/ du bist gleich so wohl Gottes Arbeit/ als

der

der ander / du wilt Ihm gleich werden/ oder noch mehr; Jetzt gehört Fleiß und Emsigkeit dazu/ so schlägt dirs GÖTE nicht ab; allein suche und bitte/ so lange bist du es hast/ und verliedere nichts.

**Errata, qvorum Nonnulla satis enor-
mia sunt.**

AD qvæ Lector benevolus recurrere velit to-
ties, qvoties sensum obscuriorem, vel absur-
dam Dosin offenderit. Nimia enim Correctio-
nis aut ignorantia aut negligentia nec comma-
tum, nec aliarum interpunctionum rationem ha-
buit, Integra verba interdum omisit, Unciam pro
drachma, & drachmas pro unciis sèpius admisit,
& qvæ alia sunt sphalmata intolerabilia fere:

P. 3. l. 24. Quid si pro Quid si, p. 4. l. 14. punctum pro
celo. p. 5. l. 4. quam pro quam p. 15. l. 8. Σατανας pro
Σαταναι, p. 19. l. 24. Inter absurdæ & Methodi ponatur
comma. p. 21. l. 22. ex pro & p. 22. l. 16. inter opposita &
Pugnacia ponatur comma & loco o legatus O. p. 23. l. 1.
nt pro ut, p. 24. l. ult. comma inter Thematica & hoc de-
leatur. p. 25. l. 21. ille pro illi. p. 27. l. 9. comma inter prin-
cipia & materialia tollatur. p. 30. l. 18. Inter cognoscendæ
& axiomatica pon. comma. & l. 19. Protoxœmatica pro
Protonoœmatica, p. 31. lin. 7. Inter Qvorundam & Non-
nullorum inferatur Veterum, & lin. 13. sequentibus adde
semicolon. p. 32. l. 16. optimam pro optimum. p. 33. l. 16.
homogeneam pro homogeneous. p. 41. l. 19. vitrioli pro
vitrioli. p. 42. l. 13. vitriola pro vitriota seu vitriola pro vi-
triolata. p. 47. post verba: Caput iii. inferatur De p. 13. l.
18. m. post Tartari delectant. & p. 56. l. 21. del. qvoq; Ibid.

*Errata
omnia ex
recta.*

lin. 23. omne pro omnes. p. 60. lin. 9. Pand. pro Parid. p.
 60. l. 25. ~~l.~~ li ~~ta~~ pro ~~l.~~ ~~ta~~ seu vitriolate, Tarta-
 ratae. p. 61. l. 9. entimus, pro seantius p. 61. l. 14. bre-
 vius pro brevis Ibid. l. 24. succintius & ordinatus pro
 succinctius & ordinatus. p. 64. l. 17. abiciatur pro adji-
 ciatur. Excessivum pro Excessivum. p. 65. l. ult. inseran-
 tur 3. commata. p. 68. l. 7. adjiciatur pro adjiciatur. p. 70.
 l. 1. deleatur punctum ante vocem Tinctura. p. 71. l. 7. be-
 zeardicos pro bezoardicos; & l. 25. Inter tantum & omni-
 um inseratur non. Et l. 26. conservatione pro coacervatio-
 ne. p. 72. l. 9. Post adjecterit ponatur comma. p. 73. l. 1. ante
 cui, inseratur comma, & l. 8. Pollicetur pro pollicantur. p.
 74. l. 9. archetypy pro archetypes. & l. 8. legantur 3ij.
 Ibid. l. 1. Crori pro Croci Ibid. l. 13. Castorei 3ij pro 3ij.
 Ibid. l. 14. q. m. pro g. m. p. 75. lin. ult. ut & p. 76. l. 3. &
 lin. 20. & p. 85. l. 3. vitrioli pro vitrioli. p. 76. lin. 3. ut
 post Tart. deleatur. Ibidem l. 13. deputatiorem pro depu-
 tatiorem. p. 77. l. 11. generati pro generali. p. 77. l. 19.
 erant, pro ferant. p. 78. l. 20. Inter diuretica & anodyna
 ponatur est. p. 78. l. 22. glutinofam pro glutinofam. p. 79.
 l. 18. eruda pro cruda. & l. 19. erudos, pro crudos. p. 81. l. 3.
 Experientia pro Experientia. p. 81. l. 15. Pharmacap. pro
 Pharmaceop. p. 83. l. 16. antomen pro antomen. p. 84. l. 14.
 Possunt, pro possunt. p. 84. l. 0. Camphoratum pro cam-
 phoram. p. 86. l. 8. fatis pro falfis. p. 87. l. 11. aleripharm-
 acum pro alexipharmacum. p. 87. l. 14. est pro &c. p. 87. l.
 23. danit pro da. p. 91. l. 16. sensimque pro sensimque. p. 92.
 l. 7. Immunitam pro Imminutam. p. 94. l. 1. Paroxysmum
 pro Paroxysmum. p. 95. l. 14. absint. pro absinth. p. 95. l. 24.
 fine pro fine. Ibid. l. ult. delet pro debe. p. 97. l. 16. Clau-
 destino pro clandestino. p. 97. l. 21. Verrari pro versari. p.
 98. l. 19. eadern abl. pro eadem nominat. p. 99. l. 13. Sul-
 pulite pro sulphure. p. 100. l. 3. ante Vocem spiritus omis-
 sum est: habet. & lin. ult. Gæckel. pro Gockel. p. 101. l. 1.
 post Vocem salmuth dele. Ibid. l. 3. post vocem & le infere
 comma. Ibid. l. 9.; post vocem optima dele. Ibid. l. 10.
 post

(o)

post vocem antidoti dele. p. 102. l. 2. Praesertaneam pro
Presentaneam. & l. 4. qvavis pro qvā Vis p. 103. l. 4. s. pro
f. & l. 11. rinchum semel tantum legatur & l. 18. ac pro ab. p.
104. l. 14. sum pro succum. p. 105. l. 25. \oplus lo pro Θ To σ
p. 107. l. 16. pro ol. bacc. junip. \mathfrak{z} f. lege \mathfrak{z} f. Ibid. l. 18. pro
Tinct. bez. \mathfrak{z} ij. leg. \mathfrak{z} ij. p. 108. l. 4. qvā pro qvī p. 112. l.
ult. bezopardico pro bezocardica p. 115. l. 16. Venefict. pro
Venafect. p. 117. l. 1. angreise pro angriſſe. & l. 8. in deleat-
tur. & l. 13. m. deleatur post signum Tarr. & l. 6. m. iterum
deleatur, ut & p. 118. l. 4. & p. 119. l. 10. tichorii pro ci-
chorii p. 120. l. 9. inter extingvere & vel inseratur solet. p.
120. l. 17. fuerit pro fuerint. p. 120. l. 23. calidioribus pro ca-
lidioribus. & l. 15. frigidoribus pro frigidoribus. l. 8.
morrificam pro morbificam. p. 121. l. 22. post couenit in-
seratur comma. p. 127. l. 18. obſtructiōne pro obſtruciōne.
p. 128. l. 8. post familiaris deleatur i. & l. 11. post 2. inser-
atur Tinctura. p. 137. l. penult. Lue, venerea, pro Lue vene-
rea. p. 134. l. 8. Morris pro Morbis. p. 135. l. 25. Tractat pro
Tractat. p. 146. l. 25. spiritu pro ſpiritus. p. 140. l. 17. inter
plerunqve & Ingredientium inseratur deſignatione. p. 147.
l. 1. deleatur velecedent. p. 149. l. 7. rectificationi pro re-
cificatione & l. 10. lege \mathfrak{z} f. p. 150. l. 6. ſimui pro ſimul. p.
157. l. 1. forte pro forti. p. 164. l. 12. Δ pro ∇ ſeu agra. Ibid.
l. 13. s. p. 166. lin. 9. pro Myrrha \mathfrak{z} f. lege \mathfrak{z} f. Ibid. l. 10. pro \mathfrak{z} f. \mathfrak{z} f. p. 169. lin. 17. adſtrictiora pro ad-
ſtrictoria. p. 170. l. 7. ſumtæ pro ſumti. p. 178. lin. 12. Ad
pro ab. p. 183. l. 11. pro \mathfrak{z} f. lege \mathfrak{z} f. p. 185. l. 2. anaton
pro anatom. p. 186. lin. 10. \mathfrak{z} f. pro \mathfrak{z} f. p. 188. l. 3. uriniam
pro urinam. Ibid. lin. 8. sangvinica pro sangvinex.

(o)

c c
c a
c c
c a
c a
c a
c a
c a
c a
c a
c a
c a
c a

60,-

